¶ Sabbato, de sancta Maria, et memoria de sancto Iuliano.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .vi.[1] [feria] fiat vna, et in .vi. feria dicatur missa dominicalis.

Jan. 28.] ¶ Dominica .iii., de seruicio dominicali. Medie lectiones de sancta Agnete.[2] In laudibus omnes antiphone dicuntur.

¶ Feria .ii. de feria. Responsoria eiusdem ferie. Et dicatur missa de .iiii. dominica.

¶ Feria .iii. de sancta Batilde, Inuitatorium simplex: tres lectiones de communi, cum Responsorio *Regnum mundi.*

¶ Feria .iiii. de festo loci.

¶ Feria .v. de sancta Brigida, cum Responsorio *Induit me.*

¶ Feria .vi., festum Purificationis: maius duplex. Ad secundas vesperas hymnus *Quod chorus vatum*, sine aliqua memoria.

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ [3]Vbi fiunt tres commemorationes, in .ii. feria fiat vna commemoratio.[3] [4]In missa,[4] *Kyrie omnipotens: Spiritus, et alme: et Benedictus Marie filius.* (Claudatur *Alleluia.*)

Feb. 4.] ¶ Dominica in .lxx., tota cantetur historia.

¶ Feria .ii. de sancta Agatha: ix. lectiones. Capitulum *Confitebor.*

¶ Feria .iii. de confessore†,[5] cum nocturno.

¶ Feria .iiii. de feria. Responsoria de primo nocturno historie dominicalis. Epistola et euangelium eiusdem ferie.

¶ Feria .v. de festo loci.

¶ Feria .vi. de feria. Et dicantur Responsoria ferialia.

¶ Sabbato, de sancta Maria: et memoria de sancta Scolastica.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .vi.[6] feria fiat vna [7]commemoratio.[7]

[1] iii. feria.: 87, 88, 97, 01. [2] 2do.
[3]—[3] *om.*: 87, 88.
[4]—[4] et missa de iiii. dominica et v. pretermittantur. In missa, cantus super: 97, 01.
[5] SS. Vedasto et Amando. [6] iiii.: 87, 88.
[7]—[7] et Responsoria ferialia dicuntur in iiii. feria: 97, 01.

Feb. 11.] ℂ Dominica in .lx., tota cantetur historia.

ℂ Feria .ii. de feria. Missa *Salus populi.*

ℂ Feria .iii. de festo loci.

ℂ Feria .iiii. de sancto Valentino : tres lectiones cum nocturno. Capitulum *Iste sanctus.*

ℂ Feria .v. de feria,[1] cum missa quarte ferie.

ℂ Feria .vi. de sancta Iuliana, cum nocturno : tres lectiones.

ℂ Sabbato de sancta Maria.

ℂ Vbi fiunt tres commemorationes, In .ii. feria fiat vna commemoratio.[2]

Feb. 18.] ℂ Dominica in Quinquagesima, totum de dominica.

ℂ Feria .ii. de festo loci.

ℂ Feria .iii. de sancta Maria.

ℂ Feria .iiii. in capite ieiunii, de feria.

ℂ Feria .v. de sancto Petro,[3] Inuitatorium triplex : .ix. lectiones.

ℂ Feria .vi. de ieiunio. Et ibi dicuntur Responsoria ferialia.

ℂ Sabbato, de sancto Mathia, Inferius duplex: memoria de ieiunio. Vespere erunt de apostolo, et solennis memoria de dominica. Et dicitur completorium quadragesimale.

ℂ In anno bisextili, in .ii. feria sequenti[4] erit seruicium de sancto Mathia. Et tunc Responsoria ferialia dicuntur[5] in sabbato.

ℂ Et ab hinc vsque ad inceptionem historie (*In principio*) accipiatur tercium *F*, pro littera dominicali, et inchoetur ad primam dominicam quadragesime.

Feb. 25.] ℂ Dominica prima quadragesime, totum de dominica.

ℂ Feria .ii. .iii. .iiii. et sabbato, de ieiunio. In .iiii. feria dicatur Responsorium feriale. Sed quando festum sancti Mathie celebratur in .ii. feria, tunc in sabbato[6] dicitur Responsorium feriale.

ℂ Feria .v. de sancto [z. ii.] Dauid : ix. lectiones.[7]

ℂ Feria .vi. de sancto Cedda.[8]

Mar. 4.] ℂ Dominica .ii. quadragesime, totum de dominica.

[1] 'de festo' *Portif.* 1525-6, *ex errore.*
[2] commemoratio : *om.* 87, 88.
[3] Cathedra S. Petri, Feb. xxii.
[4] Feb. xxvi.
[5] dicantur : 88.
[6] *hoc est*, Sabbato, Feb. xxiv.
[7] et cetera de communi : *add.* 97, 01.
[8] oratio et cetera de communi : *add.* 97, 01.

¶ Feria .ii., et ceteris feriis per ebdomadam, de ieiunio.

¶ Feria .iiii. dicitur primum Responsorium feriale, et alia[1] duo in sabbato, cum Responsorio *Pater, peccaui.*

Mar. 11.] ¶ Dominica .iii. [quadragesime[2]] totum de dominica.

¶ Feria .ii., de sancto Gregorio, Inferius duplex : ix. lectiones : Capitulum *Ecce sacerdos.*

¶ Feria .iii., et ceteris feriis per hebdomadam, de ieiunio. In v. feria dicatur primum Responsorium feriale, et alia duo in sabbato.

Mar. 18.] ¶ Dominica .iiii. quadragesime, totum[3] de seruicio dominicali. Ad vesperas de sancto Edwardo,[4] antiphona *Iste sanctus.* Capitulum *Beatus vir, qui in sapientia.* Responsorium *Beatus vir, qui suffert.*

¶ Feria .ii. de sancto Edwardo[4] : ix. lectiones.

¶ Feria .iii. de sancto Cuthberto : ix. lectiones.

¶ Feria .iiii. de sancto Benedicto : ix. lectiones.

¶ Feria .v. .vi. et sabbato, de ieiunio. In sabbato dicatur Responsorium feriale.

Mar. 25.] ¶ Dominica in Passione Domini, totum de dominica. [5]Ad secundas vesperas, solennis memoria de dominica.[5]

¶ Feria .ii., festum Annunciationis[6] : minus duplex.

¶ Feria .iii., et ceteris feriis per ebdomadam, de ieiunio. In .v. feria dicitur octauum Responsorium historie, cum duobus ferialibus.

Apr. 1.] ¶ Dominica in ramis Palmarum, totum de dominica. Nihil[7] de sancto Ricardo.

¶ Feria .ii. .iii. .v. .vi. et sabbato, de ieiunio.

¶ Feria .iiii. de sancto Ambrosio, Inferius duplex. Secunde vespere erunt de Cena Domini, et solennis memoria de [8]festo.[9]

Apr. 8.] ¶ Die Pasce, et per ebdomadam, de solennitate festi.

¶ Quando in aliqua dominica vsque ad Ascensionem Domini aliquod festum celebratur, ad vtrasque vesperas et[10] matutinas fiat memoria de dominica, et nunquam ad missam.

[1] aliud *for* alia duo : 87, 88 ; aliud : *Brev. Sar.* dcxxiii.
[2] 87, 88.
[3] totum : *om.* 87, 88.
[4] S. Edwardo, rege et martyre.
[5]—[5] *om.* 87, 88.
[6] Festum Annunciationis differatur in ii. feriam si in dominica Passionis contigerit, *etiam si sit* Festum Loci. (*Crede Michi*, § 141, p. 69.)
[7] et nichil : 87, 88.
[8] S. Ambrosii.
[9] solennis memoria de dominica†. *Brev. Sar.* dccxlix. Cf. dcclxxii.
[10] ad : *add.* 87, 88.

Apr. 15.] ¶ Dominica (in albis), prima post Pasca, minus duplex: totum officium fiat de festo, et memoria de resurrectione cum missa.

¶ Feria .ii. de feria. Responsoria[1] *Dignus es:* cum[2] missa dominicali.

¶ Feria .iii. de festo loci.

¶ Feria .iiii. de feria. Responsoria[3] *Locutus est.* Epistola et euangelium illius ferie.

¶ Feria .v. de sancto Alphego, Inuitatorium duplex: tres lectiones de communi. Capitulum *Omnis pontifex.*

¶ Feria .vi. de feria. Responsoria *Vidi portam.*

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .vi. feria fiat vna commemoratio.

Apr. 22.] ¶ Dominica .ii. post Pasca, de seruicio dominicali. Tercium Responsorium a duobus cantetur. In laudibus, vna antiphona.

¶ Feria .ii., de sancto Georgio, minus duplex.

¶ Feria .iii. de feria. Responsoria[1] *Dignus es.* Missa dominicalis.

¶ Feria .iiii. de sancto Marco, Inferius[4] duplex.

¶ Feria .v. de festo loci.

¶ Feria .vi., de sancta Maria.

¶ Sabbato, de sancto Vitale: tres lectiones cum regimine chori. Capitulum *Beatus vir, qui in sapientia.*

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, In .iii. feria fiat vna commemoratio. Missa[5] dominicalis dicatur in [6]capitulo.[6]

Apr. 29.] ¶ Dominica .iii. post Pascha, de seruicio dominicali. Tercium Responsorium a duobus cantetur. In laudibus, vna antiphona.

¶ Feria .ii. de festo loci.

¶ Feria .iii. de apostolis,[7] Inferius duplex.

¶ Feria .iiii. de feria. Responsoria *Dignus es.* Missa dominicalis.

[1] Responsorium : 88.
[2] cum : *om.* 01.
[3] Responsorium : 97, 01.
[4] Inuitatorium duplex† : 87, 88.
[5] et *before* missa : 87, 88.
[6]—[6] die sancti Marci in processione : 97, 01.
[7] SS. Philippo et Iacobo.

¶ Feria .v. de sancta Cruce, minus duplex. Ad matutinas memoria de martyribus,[1] antiphona *Lux perpetua* minor.

¶ Feria .vi. de feria. Responsoria *Locutus est.* Epistola et euangelium eiusdem ferie.

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, In .vi. feria fiat vna commemoratio. Tunc in .iiii. feria dicantur Responsoria *Vidi portam.*

Mai 6.] ¶ Dominica .iiii., totum de sancto Iohanne euangelista, et due memorie.[2]

¶ Feria .ii. de sancto Iohanne[3] episcopo: tres lectiones cum regmine chori.

¶ Feria .iii. de festo loci.

¶ Feria .iiii. de feria. Responsoria *Narrabo.* Missa dominicalis.

¶ Feria .v. de martyribus,[4] Inuitatorium duplex: tres lectiones.

¶ Feria .vi. de feria. Responsoria *Hymnum.* Epistola et euangelium illius ferie.

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .vi. feria fiat vna commemoratio.

Mai 13.] ¶ Dominica .v., de seruicio dominicali. Tercium Responsorium a duobus cantetur. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

¶ Feria .ii. Rogationum, de feria. Responsoria *Deduc me.*

¶ Feria .iii. de sancta Maria.[5]

¶ Feria .iiii. de vigilia.[6] Responsorium *Narrabo:* Responsorium *In toto:* Responsorium *Dicant.*

[z. iii.] ¶ Vbi fiunt tres commemorationes, tunc in .ii. feria dicitur[7] Responsorium *Hymnum,* et in vigilia Ascensionis: Responsorium *Deduc me.* Et Responsorium feriale omittatur.

¶ Feria .v., dies Ascensionis, Festum principale.

¶ Feria .vi. de octauis.[6]

[1] SS. Alexandro, etc.
[2] solennis memoria de dominica, et postea de resurrectione: *Brev. Sar.* p. dccclxvi.
[3] de Beverlaco.
[4] SS. Gordiano et Epimacho.
[5] Et R. *Dicant nunc* pretermittatur: *add.* Brev. Sar. p. dccccxlv.
[6] Ascensionis.
[7] dicuntur: 87, 88.

¶ Sabbato, de sancto Dunstano: tres lectiones de proprietate. Memoria de virgine,[1] et de octauis.[2] Secunde vespere erunt de sancto Dunstano, et memoria tantum de octauis. Nulla[3] erit memoria de dominica, neque vlla processio.

Mai 20.] ¶ Dominica infra octauas Ascensionis, de seruicio dominicali. Tercium Responsorium a duobus cantetur. In laudibus vna[4] antiphona, et memoria de Ascensione. Vespere erunt de dominica, et memoria de Ascensione.

¶ Feria .ii. de octauis[2]: antiphone et Responsoria de .vi. feria.

¶ Feria .iii. de [5]feria[5]: antiphone et Responsoria de sabbato.

¶ Feria .iiii. de octauis[2]: antiphone et Responsoria de .vi. feria.

¶ Feria .v. de octauis,[2] Inuitatorium triplex. Ad secundas vesperas de octauis, memoria de sancto Aldelmo, et de sancto Vrbano martyre.

¶ Feria .vi. totum de sancto Aldelmo. Secundum *alleluia* in missa (*Non relinquam*).

¶ [6]Sabbato, de vigilia.[6]

Mai 27.] ¶ Die Penthecostes, et per hebdomadam, totum de solennitate festi. Nulla dominica per estatem differatur isto anno, quia tempus equale est.[7]

¶ Festum sancti Augustini differatur in .iii. feriam post Trinitatem. De festis trium lectionum per ebdomadam fiat memoria, sicut per ebdomadam Pasce.

Jun. 3.] ¶ Die Sancte Trinitatis, totum de festo. Ad secundas vesperas fiat memoria de festo loci, sub silentio.[8]

¶ Feria .ii. de festo loci, et memoria de octauis.[9]

¶ Feria .iii. de sancto Augustino, Inferius duplex. Capitulum *Ecce sacerdos:* memorie de sancto Bonifacio, et de octauis[9] fiant sub silentio, tam ad vesperas quam ad matutinas. Ad secundas vesperas antiphona *Sub tuam* solenniter, et[10] de octauis priuatim.

¶ Feria .iiii., de sancta Maria, et memoria de octauis.[9]

[1] S. Potentiana.
[2] Ascensionis.
[3] sed *before* nulla: 87, 88.
[4] solennis: *add.* 87, 88.
[5] oct. [Ascensionis]: 87, 88.
[6]—[6] *om.* 87, 88. 6 *bis* [Pentecostes].
[7] De tempore equali, quando erunt xxiv. vel xxv. dominicae inter festum S. Trinitatis et Adventum, vide *Crede Michi*, § 125, p. 65.
[8] solenniter *for* sub silentio: 97, 01.
[9] Trinitatis.
[10] primo: *add.* 97, 01.

¶ Feria .v., Festum[1] Corporis Christi: maius duplex. Ad secundas vesperas, antiphona, *Sapientia:* psalmi, hymnus, et versus sicut ad primas vesperas. Et sic[2] per totas octauas,[3] quando de octauis agitur. Non dicitur in fine hymni[4] *Gloria tibi, Domine, qui natus,* nisi quando fit seruicium de octauis.[5]

¶ Feria .vi. de octauis[3]: tres lectiones: memoria de confessore†[6] et de octauis Trinitatis.

¶ Per octauas et in octaua[3] dicatur Sequentia *Ecce panis angelorum.*

¶ Sabbato, de sancto Edmundo[7]: ix. lectiones. Medie lectiones de martyribus,[8] et memoria de vtrisque octauis. Vespere erunt de [9]dominica infra octauas,[3] et memoria de sancto Edmundo.[9] Et inchoetur historia cum antiphona (*Loquere, Domine*) memoria de Trinitate: et processio fiat.

Jun. 10.] ¶ Dominica infra octauas Corporis Christi, totum de octauis. Nonum Responsorium a duobus cantetur, et memoria de dominica, et de Trinitate. Missa dominicalis in capitulo dicatur. Ad primam, antiphona *Te iure:* Ad vesperas de apostolo[10] memoria de octauis,[3] et de dominica.

¶ Feria .ii. de sancto Barnaba, Inuitatorium triplex: ix. lectiones. Medie[11] lectiones de octauis[3]: versus et Responsoria de primo nocturno.

¶ Feria .iii. de octauis[3]: [12]memoria et tres lectiones[12] de martyribus[13] tantum.

¶ Feria .iiii. de octauis[3]: tres lectiones. Ad vesperas hec sola antiphona, *Sacerdos:* psalmus *Dixit Dominus:* et cetera omnia, sicut ad primas vesperas festi.

¶ Feria .v. de octaua.[3] Inuitatorium triplex: ix. lectiones. Nihil[14] de sancto Basilio, nisi tantum memoria. Ad secundas vesperas, antiphona *Sapientia:* psalmus *Dixit Dominus:* Hymnus *Sacris solenniis:* versus *Panem de celo:* antiphona *O sacrum:* psalmus *Magnificat:* Antiphona *Sub tuam:* et memoria de [15]sanctis.[16]

[1] de oct. *for* Festum: 87, 88.
[2] fiat: *add.* 87, 88.
[3] Corporis Christi.
[4] himnorum: 87, 88.
[5] tantum: *add.* 87, 88 [Corporis Christi].
[6] SS. Medardo et Gildardo.
[7] archiep. conf.
[8] SS. Primo et Feliciano.
[9]—[9] sancto Edmundo et memoria de octauis: 97, 01.
[10] S. Barnaba.
[11] Inuitatorium ix. p̄. †Medie. *Brev.* 1531.
[12]—[12] iii. lectiones et memoria: 87, 88.
[13] SS. Basilide, etc.
[14] et *before* nichil: 87, 88.
[15]—[15] *om.* 97, 01.
[16] SS. Vito, etc.

¶ Feria .vi., de sancta Maria, et memoria de[15] martyribus,[1] cum psalmo *Ad te leuaui*.

¶ Sabbato, de sancto Ricardo, et medie lectiones de martyribus.[2] Ad vesperas de dominica, memoria de sancto Ricardo, de Trinitate, et processio fiat.

[Jun. 17.] ¶ Dominica .ii. post Trinitatem, tota dicitur historia. In laudibus, vna antiphona.

¶ Feria .ii. de martyribus,[3] Inuitatorium duplex: tres lectiones cum Responsorio *Hec est vera*.

¶ Feria .iii. de martyribus,[4] Inuitatorium duplex: tres lectiones. Responsoria de secundo nocturno, cum Responsorio *Hec est vera*.

¶ Feria .iiii. de festo loci, et memoria de sancto Edwardo.[5]

¶ Feria .v., de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .ii.[6] feria fiat vna commemoratio.

¶ Feria .vi. de sancto Albano: ix. lectiones. Ad primas vesperas, antiphona *Beatus vir*[7]: Capitulum [z. iiii.] *Iste sanctus*: Responsorium *Percepturus*: antiphona *Aue prothomartyr*: psalmus *Magnificat*.

¶ Sabbato, de virgine,[8] cum nocturno, et Responsorio *Regnum mundi*.

[Jun. 24.] ¶ Dominica .iii. post Trinitatem, de sancto Iohanne baptista, minus duplex. Ad primas vesperas, et ad matutinas, fiat memoria de dominica, et de Trinitate sub silentio (Nisi aliqua dominica debeat differri), tunc enim nulla fiat memoria de dominica, nec de Trinitate. Missa dominicalis in capitulo dicatur. Ad secundas vesperas, memoria de festo loci solenniter, et de dominica, [9]vt predictum est.[9]

¶ Feria .ii. de festo loci, et memoria de octauis.[10]

¶ Feria .iii., de martyribus,[11] Inuitatorium duplex, et propria Responsoria, cum completorio dominicali.

¶ Feria .iiii. de sancta Maria, et memoria de octauis.[10] Ad completorium sancti Leonis, super *Te lucis* habeatur cantus dominicalis, propter octauas.[12]

[1] SS. Vito, etc.
[2] SS. Cirico et Iulitta.
[3] SS. Marco et Marcellino.
[4] SS. Gervasio et Prothasio.
[5] rege et martyre.
[6] iii.: 87, 88.
[7] Beatus vir *and* Iste sanctus *transposed*: 97, 01.
[8] S. Etheldreda.
[9]—[9] sub silentio an*te* me*moriam* de festo loci: 97, 01.
[10] Nat. S. Johannis Bapt.
[11] SS. Iohanne et Paulo.
[12] Cf. *Crede Michi*, § 42, pp. 39, 40.

¶ Feria .v. de sancto Leone, cum nocturno.

¶ Feria .vi. de [1]sanctis apostolis Petro et Paulo, festum minus duplex.[1]

¶ Sabbato, de sancto Paulo, Inuitatorium triplex: ix. lectiones. Ad vesperas de dominica, memoria de apostolis,[2] et de sancto Iohanne,[3] de Trinitate, et processio fiat.

Jul. 1.] ¶ Dominica .iiii. post Trinitatem, de seruicio dominicali. Medie lectiones de octaua[4] sancti Iohannis, cum Responsorio *Inter natos.* Quia Responsorium *Priusquam te* non dicitur in octaua die, secundum ordinale. Ad vesperas de Visitatione beate Marie, memoria de dominica priuatim, et nihil de martyribus.[5]

¶ Feria .ii. de Visitatione Marie, Festum maius duplex, et octaue cum regimine chori.

¶ Feria .iii. de octauis Visitationis.

¶ Feria .iiii. de sancto Martino: ix. lectiones, et medie lectiones de octauis apostolorum,[2] et memoria de octauis.[6]

¶ Feria .v. de octauis Visitationis.

¶ Feria .vi. de octauis apostolorum,[2] et tantum memoria de octauis Visitationis Marie. Ad vesperas sancti Thome,[7] memoria de octauis Visitationis solenniter, et[8] de apostolis[2] sub silentio.

¶ Sabbato, de sancto Thoma, minus duplex. Ad vesperas de festo reliquiarum, cum memoria de sancto Thoma, et de octauis[6] solenniter[9]: De dominica et Trinitate priuatim.

Jul. 8.] ¶ Dominica .v., Festum reliquiarum, maius duplex.

¶ Quotidie per octauas fiat memoria de reliquiis.

¶ Feria .ii. totum de octauis,[6] Inuitatorium triplex; ix. lectiones. Et cetera omnia sicut in prima die, preter Responsorium, quod non dicetur ad secundas[10] vesperas.

¶ Feria .iii. de martyribus,[11] Inuitatorium duplex: tres lectiones cum Responsorio *Hec est vera.*

¶ Feria .iiii. de sancto Benedicto, Inuitatorium duplex: tres lectiones [tantum[12]].

[1]—[1] apostolis, festum minus duplex: 87, 88.
[2] SS. Petr. et Paul.
[3] bapt.
[4] Nat.
[5] SS. Processo et Martiniano.
[6] Visitationis B. M.
[7] archiep. mart.
[8] primo: *add.* 97, 01.
[9] et primo: *add.* 97, 01.
[10] secundas: *om.* 87, 88.
[11] Septem Fratribus.
[12] 87, 88. Item hoc anno festum S. Benedicti celebratur cum iii. lec., inuitatorio duplici. *Brev. Sar.* p. mclxiii.

¶ Feria .v. de festo loci.

¶ Feria .vi. de feria : et primum Responsorium feriale dicetur [1][cum[2]] missa quarte ferie.[1]

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .vi. feria fiat vna. [3]Et tunc in .ii. feria dicuntur duo prima Responsoria ferialia, et tercium omittatur.[3] Ad vesperas sancti Swithuni, memoria de reliquiis : de dominica, cum antiphona *Montes Gelboe:* de Trinitate : et processio fiat.

Jul. 15.] ¶ Dominica .vi. post Trinitatem, totum de confessore,[4] et tres memorie.[5]

¶ Feria .ii. de sancto Osmundo : ix. lectiones : Omnia de communi vnius confessoris et pontificis.

¶ Feria .iii. de sancto Kenelmo, Inuitatorium duplex : .iii. lectiones.

¶ Feria .iiii. de sancto Arnulpho, Inuitatorium simplex : .iii. lectiones de communi. Capitulum *Omnis pontifex.*

¶ Feria .v. de festo loci.

¶ Feria .vi. de sancta Margareta : ix. lectiones.

¶ Sabbato, de sancta Maria, et memoria de virgine.[6]

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .iii. feria fiat vna.[7] [8]Et tunc missa dominicalis dicitur[9] in .iiii. feria pro summa missa, et memoria de martyre.[10] Ad vesperas,[11] de sancto Wandragesilo : de dominica, cum antiphona *Rex autem:* de Trinitate : et processio fiat.

Jul. 22.] ¶ Dominica .vii. post Trinitatem, de sancta Maria Magdalena, Inuitatorium triplex : ix. lectiones : et tres memorie.[12]

¶ Feria .ii. de festo loci, et memoria de martyre.[13]

¶ Feria .iii. de sancta Cristina, cum nocturno.

¶ Feria .iiii. de sancto Iacobo. Inferius duplex. Ad secundas vesperas, solennis memoria de sancta Anna.

[1]—[1] missa dominicalis : 97, 01.
[2] 87, 88.
[3]—[3] Et tunc missa dominicalis dicitur in capitulo feria quarta : 97, 01.
[4] S. Swithuno.
[5] Tres memorie : ad i. vesp. mem. de Reliquiis ; de Dominica, *Montes Gelboe;* de Trinitate ; et processio. *Brev. Sar.* p. mclxiii. ; cf. p. mclix.
[6] S. Praxede.
[7] commemoratio ; *add.* 87, 88.
[8]—[10] *om.* 97, 01.
[9] dicatur : 87.
[10] S. Arnulpho.
[11] fiat memoria : *add.* 97, 01.
[12] Missa dominicalis dicitur in capitulo : *add.* 97, 01. Tres memorie : 'Ad i. vesp. mem. de Sancto [Wandragesilo, abbate] ; de Dominica, Ant. *Rex autem Dauid;* de Trinitate, et processio.' *Brev. Sar.*, ubi supra.
[13] S. Apollinare.

¶ Feria .v. de sancta Anna, Inuitatorium triplex: ix. lectiones.

¶ Feria .vi. de Dormientibus, Inuitatorium duplex: .iii. lectiones. [1]Missa dominicalis, cum memoria de martyribus.[2]

¶ Sabbato, de sancta Maria: memoria de sanctis.[3] Vbi fiunt .iii. commemorationes, in .vi. feria fiat vna. [4]Missa[5] dominicalis in capitulo dicitur.[4]

¶ Ab hac die vsque ad inceptionem historie (*Domine, ne in ira*) accipiatur .vi. *G*, pro littera dominicali.

[z. v.] Sequitur quartum *G*.[6]

[1]—[1] *om.* 97, 01.
[2] Septem Dormientibus.
[3] SS. Samsone et Panthaleone.
[4]—[4] commemoratio: 97, 01.
[5] et tunc *before* missa: 87, 88.
[6] *Tailpiece om.* 87, 88; *heading om.* 97, 01.

[Quartum *G*. xvii. xiiii. vi. iii.]

[Epacte 22, 23, 25, 26, *stylo antiquo ;* 29, 30, 1, 2, 3, 4, 5, *stylo moderno.* Pascha, April xv.]

Jan. 14.] ¶ Littera dominicalis[1] *G*, decimo quarto die Ianuarii, inchoetur historia (*Domine, ne in ira*). Medie lectiones de sancto Felice. In laudibus omnes antiphone dicuntur, et due memorie,[2] cum psalmo (*Ad te leuaui*). Hac die incipiunt Exequie Mortuorum quotidiane.

¶ Feria .ii. de sancto Mauro: Inuitatorium simplex: tres lectiones.

¶ Feria .iii. de sancto Marcello: Inuitatorium simplex: tres lectiones. Capitulum *Omnis pontifex.*

¶ Feria .iiii. de festo loci.

¶ Feria .v., de sancta Maria.

¶ Feria .vi. de sancto Wulstano: ix. lectiones de communi.

¶ Sabbato, de martyribus Fabiano et Sebastiano: ix. lectiones: Capitulum *Iustorum anime.*

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, In .iii. feria fiat vna [3]commemoratio.[3]

Jan. 21.] ¶ Dominica .ii., totum de sancta Agnete. Capitulum *Confitebor*.

¶ Feria .ii. de sancto Vincentio: ix. lectiones.

¶ Feria .iii. de feria. Responsoria[4] illius ferie. Missa dominicalis.

¶ Feria .iiii. de festo loci.

¶ Feria v. de sancto Paulo, Inuitatorium triplex: ix. lectiones.

[1] dominicali: 87, 88.
[2] Duae memoriae: 'memoria de Sancto [Felice].' *Brev. Sar.* p. cccci. Et memoria consueta de B. Maria.
[3]—[3] *om.* 87, 88.
[4] Responsorium: 88.

¶ Feria .vi. de feria. Responsoria illius ferie. Epistola et euangelium eiusdem[1] ferie.

¶ Sabbato, de sancta Maria, et memoria de sancto Iuliano.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .iii. feria fiat vna [2]commemoratio.[2] Missa dominicalis [3]in capitulo dicatur.[3]

Jan. 28.] ¶ Dominica .iii., de seruicio dominicali. Medie lectiones de sancta Agnete.[4] In laudibus, vna antiphona.

¶ Feria .ii. [de festo loci.

¶ Feria .iii.[5]] de sancta Batilde, Inuitatorium simplex: tres lectiones de communi, cum Responsorio *Regnum mundi.*

¶ Feria .iiii. de feria. Responsoria eiusdem ferie cum missa.

¶ Feria .v. de sancta Brigida, Inuitatorium simplex: tres lectiones, cum Responsorio *Induit me.*

¶ Feria .vi., festum Purificationis, maius duplex. Ad secundas vesperas dicitur pro hymno (*Letabundus*), sine aliqua memoria.

¶ Sabbato, de commemoratione beate Marie, et memoria de sancto Blasio.[6]

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .iiii. feria fiat vna [7]commemoratio.[7]

Feb. 4.] ¶ Dominica .iiii. tota dicitur historia. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

¶ Feria .ii. de sancta Agatha: ix. lectiones. Capitulum *Confitebor.*

¶ Feria .iii. de confessoribus,[8] Inuitatorium simplex: tres lectiones.

¶ Feria .iiii. de feria. Epistola et euangelium illius ferie.

¶ Feria .v. de festo loci.

¶ Feria .vi. de feria. Responsoria eiusdem ferie. Missa de quinta dominica.

¶ Sabbato, de sancta Maria, et memoria de sancta Scolastica.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .iii.[9] feria fiat vna commemoratio.[10] In missa dicitur[11] *Kyrie omnipotens: Spiritus, et alme: et Benedictus Marie filius* (claudatur *Alleluia*).

Feb. 11.] ¶ Dominica in .lxx., de seruicio dominicali.[12]

[1] de eadem feria *for* eiusdem ferie: 87, 88.
[2]—[2] et: 87, 88.
[3]—[3] in vi. feria dicitur: 97, 01.
[4] 2do.
[5] 87, 88.
[6] Basilio†: 01.
[7]—[7] *om.* 87, 88.
[8] SS. Vedasto et Amando.
[9] iiii.: 87, 88.
[10] commemoratio: *om.* 87, 88, 97, 01.
[11] cantus super: *add.* 97, 01.
[12] tota dicitur historia†. *Brev. Sar.* p. ccccIxxxiii.

¶ Feria .ii. de feria. Responsoria de historia dominicali. Missa (*Salus populi*).

¶ Feria .iii. de festo loci.

¶ Feria .iiii. de sancto Valentino, cum nocturno. Capitulum *Iste sanctus*.

¶ Feria .v. de feria. Et dicantur Responsoria ferialia.

¶ Feria .vi. de sancta Iuliana[1]: tres lectiones, cum nocturno.

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .ii. feria fiat vna commemoratio.

Feb. 18.] ¶ Dominica in .lx., totum de dominica.[2]

¶ Feria .ii. de feria. Responsoria de primo nocturno historie, cum missa (*Salus populi*).

¶ Feria .iii. de festo loci.

¶ Feria .iiii. de feria. Responsoria de secundo nocturno. Epistola et euangelium illius ferie.

¶ Feria .v. de sancto Petro,[3] Inuitatorium triplex.

¶ Feria .vi., de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt .iii. commemorationes, In .ii. feria fiat vna commemoratio.[4]

¶ Sabbato, de sancto Mathia, Inferius duplex.

¶ In anno bisextili, in .ii. feria sequenti dicitur de sancto Mathia apostolo. Et tunc in .vi. feria precedenti dicitur de feria. Et in sabbato, de sancta Maria.

¶ Et ab hinc vsque ad inceptionem historie (*In principio*) accipiatur quartum *F*, pro littera dominicali: et inchoetur ad dominicam in quinquagesima.

Feb. 25.] ¶ Dominica in Quinquagesima, totum de dominica.[2]

¶ Feria .ii. de festo loci.

¶ Feria .iii. de sancta Maria.

¶ Feria .iiii. in capite ieiunii, totum de feria.

¶ Feria .v. de sancto Dauid: ix. lectiones.

¶ Feria .vi. de sancto Cedda: ix. lectiones.

¶ Sabbato, de ieiunio, cum primo Responsorio historie dominicalis, et[5] duobus ferialibus.[6]

[1] cum nocturno, tres lectiones: 87, 88.
[2] tota dicitur historia. *Brev.* p. dxi.
[3] Cathedra S. Petri.
[4] commemoratio: *om.* 87, 88.
[5] cum *for* et: 97, 01.
[6] Nota quod a capite ieiunii vsque ad pascha nihil de festis iii. lectionum, nisi tantum memoria ad vesperas et (ad, 97) matutinas de sancta Maria: *add.* 97, 01.

Mar. 4.] [z. vi.] ¶ Dominica prima quadragesime, [1]de seruicio dominicali.

¶ Feria .ii., et ceteris feriis per hebdomadam, dicuntur Responsoria ferialia[2] secundum ordinem nocturnorum.

¶ Feria .iiii. et sabbato, dicitur Responsorium feriale.

Mar. 11.] ¶ Dominica .ii. quadragesime,[1] totum de dominica. Vespere erunt de sancto Gregorio, et solennis memoria de dominica.

¶ Feria .ii. de sancto Gregorio, Inferius duplex: Capitulum *Ecce sacerdos.*

¶ Feria .iii. et ceteris feriis per hebdomadam, de ieiunio. In .v. feria dicatur primum Responsorium feriale, et aliud in sabbato, cum Responsorio *Pater, peccaui.*

Mar. 18.] ¶ Dominica .iii. quadragesime, totum de dominica. Vespere in dominica erunt de sancto Edwardo. Antiphona *Iste sanctus.* Capitulum *Beatus vir, qui in sapientia.* Responsorium *Beatus vir, qui suffert.*

¶ Feria .ii. de sancto Edwardo[3]: ix. lectiones.

¶ Feria .iii. de sancto Cuthberto: ix. lectiones.

¶ Feria .iiii. de sancto Benedicto: ix. lectiones.

¶ Feria .v. .vi. et sabbato, de ieuinio. In .vi. feria dicitur primum Responsorium feriale, et alia duo in sabbato.

Mar. 25.] ¶ Dominica .iiii. quadragesime, totum de dominica.[4] Vespere in dominica erunt de Annunciatione Marie, et solennis memoria de dominica. Ad vtrumque completorium dicitur (*Gloria tibi, Domine, qui natus*).

¶ Feria .ii. de Annunciatione, minus duplex.

¶ Feria .iii., et ceteris feriis per hebdomadam, de ieiunio. In .v. feria dicitur Responsorium feriale.

Apr. 1.] ¶ Dominica in Passione, de seruicio dominicali.

¶ Feria .ii. .iii. .v. .vi. et sabbato, de ieiunio. In .v. feria dicitur octauum Responsorium historie, cum duobus ferialibus.

¶ Feria .iiii. de sancto Ambrosio, Inferius duplex: Capitulum *Ecce sacerdos.* Nihil[5] de sancto Ricardo.

Apr. 8.] ¶ Dominica in ramis Palmarum, totum de dominica.

¶ Feria .ii., et ceteris feriis per hebdomadam, de ieiunio.

[1]—[1] *om.* 87, 88.
[2] dominicalia *for* ferialia: 97, 01.
[3] R. M.
[4] 'Festum Annunciationis differatur in crastinum, *nisi fuerit Festum Loci.*' (Brev. Sarum, p. dclxxxv., et *Crede Michi*, § 141, p. 69.)
[5] et *before* nichil: 87, 88.

¶ Feria .iii.[1] dicuntur Exequie Mortuorum, cum .ix. lectionibus, et missa in crastino.

Apr. 15.] ¶ Die Pasce, et per hebdomadam, totum [2]de festo.[2] Benedictiones feriales non dicuntur vsque post (*Deus omnium*).

Apr. 22.] ¶ Dominica (in albis), prima post Pasca, totum de dominica: memoria de resurrectione, cum missa. Vespere in dominica erunt de sancto Gregorio†,[3] et solennis memoria de dominica, et de resurrectione.

¶ Feria .ii. de sancto Gregorio†.[3]

¶ Feria .iii. de feria. Responsoria *Dignus es.* Missa dominicalis.

¶ Feria .iiii. de sancto Marco, Inferius duplex.

¶ Feria .v. de festo loci.

¶ Feria .vi., de sancta Maria.

¶ Sabbato, de sancto Vitale, cum regimine chori.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .iii. feria fiat vna [4]commemoratio.[4] Missa dominicalis in capitulo dicitur. Capitulum de sancto Vitale, *Beatus vir, qui in sapientia.*

Apr. 29.] ¶ Dominica .ii. post Pasca, de seruicio dominicali. Tercium Responsorium a duobus cantetur. In laudibus, vna antiphona.

¶ Feria .ii. de festo loci.

¶ Feria .iii. de apostolis[5]: Inferius duplex.

¶ Feria .iiii. de feria. Responsoria *Dignus es.* Missa dominicalis.

¶ Feria .v. de Sancta Cruce: memoria de martyribus.[6] Ad matutinas, antiphona *Lux perpetua* minor.

¶ Feria .vi. de feria. Responsoria *Locutus est.* Epistola et euangelium illius ferie.

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .vi. feria fiat vna commemoratio.[7]

[1] secunda: 01.
[2]—[2] de solemnitate festi: 87.
[3] Georgio: 87, 88, 97, 01.
[4]—[4] et: 87, 88; *om.* 97, 01.
[5] SS. Philippo et Iacobo.
[6] SS. Alexandro, etc.
[7] commemoratio: *om.* 97, 01.

Mai 6.] ¶ Dominica .iii. post Pasca: totum de sancto Iohanne euangelista,[1] et due memorie, scilicet de dominica et de resurrectione.[2] [3]Ad missam secundum *Alleluia* erit vnum ex nouem.[3]

¶ Feria .ii. de sancto Iohanne de Beuerlaco, tres lectiones cum regimine chori.[4]

¶ Feria .iii. de feria. Responsoria *Dignus es.* Missa dominicalis.

¶ Feria .iiii. de festo loci.

¶ Feria .v. de martyribus.[5] Inuitatorium duplex: iii. lectiones.

¶ Feria .vi. de feria. Responsoria *Vidi portam.* Missa illius ferie.

¶ Sabbato, de sancta Maria; et memoria de martyribus.[6] Vbi fiunt iii. commemorationes, [7]nil de .iii. commemoratione.[7]

Mai 13.] ¶ Dominica .iiii. post Pasca, [8]de dominica.[8] Responsoria *Si oblitus:* tercium Responsorium a duobus cantetur. In laudibus, vna antiphona.

¶ Feria .ii. de feria. Responsoria *Narrabo:* missa dominicalis.

¶ Feria .iii. de festo loci.

¶ Feria .iiii. de feria, et Responsoria *Hymnum.* Missa illius ferie.

¶ Feria .v. de sancta Maria.

¶ Feria .vi.[9] de feria. Responsoria *Deduc.* Epistola et euangelium illius ferie.

¶ Sabbato, de sancto Dunstano; et memoria de virgine.[10]

¶ Vbi fiunt .iii. commemorationes, in .vi. feria fiat commemoratio beate Marie, et in .v. feria fiat alia commemoratio.

Mai 20.] ¶ Dominica .v. post Pasca, [11]totum de dominica.[11] Tercium Responsorium a duobus cantetur. [z. vii.] In laudibus omnes antiphone dicuntur.

¶ Feria .ii. Rogationum, de feria. Responsoria *Narrabo:* Missa dominicalis.

[1] ante port. latin.
[2] memoria de dominica. *Brev. Sar.* p. dccccvii. Et de Resurrectione, p. dccclxvi.
[3]—[3] *om.* 87, 88. *Pro* ix. Alleluya, cf. *Missale Sar.* p. 390.
[4] omnia de communi, secundum Sarum: *add.* 97, 01.
[5] SS. Gordiano et Epimacho.
[6] SS. Nereo, etc.
[7]—[7] in vj. feria fiat una commemoracio, et tunc in ii. feria dicuntur R. *Locutus*, et R. de iiii. feria omittantur: 87, 88; in vi. feria fiat vna et in iii. feria dicuntur Responsoria *Locutus est* et Responsoria de quarta feria pretermittantur: 97, 01.
[8]—[8] de seruitio dominicali: 87, 88.
[9] Fe. v.†: 01.
[10] S. Potenciana.
[11]—[11] de seruicio dominicali: 87, 88.

¶ Feria .iii. de sancta Maria.

¶ Feria .iiii. de vigilia.[1] Responsoria *Deduc me.* Responsorium[2] *Dicant nunc.*

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .ii. feria dicitur[3] Responsorium *Deduc me:* Et in .iiii. feria dicuntur Responsoria[4] *Narrabo: In*[5] *toto:* et[6] *Dicant nunc.*

¶ Feria .v. [7]de Ascensione Domini,[7] festum principale. Ad secundas vesperas fiat memoria de sancto Aldelmo, et de sancto Vrbano, priuatim.

¶ Feria .vi. de sancto Aldelmo, et memoria de martyre[8] et de octauis.[1]

¶ Sabbato, de sancto Augustino, Inferius duplex: solennis memoria de octauis.[1] Et ad secundas vesperas solennis[9] memoria de octauis tantum. Nihil[10] de dominica.

Mai 27.] ¶ Dominica infra octauas Ascensionis, totum de dominica: memoria[11] de octauis tantum.

¶ Feria .ii. de octauis[1]: antiphone et Responsoria de .vi. feria: memoria de sancto Germano.

¶ Feria .iii. de octauis[1]: antiphone et Responsoria de sabbato.

¶ Feria .iiii. de octauis[1]: antiphone et Responsoria de .vi. feria.

¶ Feria .v.[12] Inuitatorium triplex: et memoria de virgine.[13] Ad secundas vesperas, antiphona *Sub tuam:* et memoria de martyre.[14]

¶ Feria .vi. de sancta Maria, et memoria de martyre.[15]

¶ Sabbato, de vigilia Penthecostes.

Jun. 3.] ¶ Die Penthecostes, et per hebdomadam, totum de solennitate festi. Nulla dominica differatur per estatem isto anno, quia tempus breue est.[16]

¶ Per hanc hebdomadam de festis trium lectionum[17] fiat memoria, sicut per hebdomadam Pasce, scilicet ad vesperas et[18] matutinas beate Marie.

[1] Ascensionis.
[2] cum Responsorio: 88.
[3] dicuntur: 87, 88.
[4] Responsorium: 87, 88.
[5] Responsorium *In*: 87, 88.
[6] Responsorium *for* et: 87, 88.
[7]—[7] *om.* 87, 88.
[8] S. Urbano.
[9] solennis: *om.* 87, 88.
[10] et *before* nichil: 87, 88.
[11] et *before* memoria: 87, 88.
[12] de octa. Ascensionis.
[13] S. Petronilla.
[14] S. Nicomede (ad matt.).
[15] SS. Marcellino et Petro.
[16] De tempore quod dicitur *breue*, ubi sunt xxii. dominicae tantum, uel xxiii., inter festum S. Trinitatis et Adventum, vide *Crede Michi*, § 123, p. 65.
[17] *i.e.* memo. de S. Bonifacio (Jun. v.) et de SS. Medardo, etc. (Jun. viii.).
[18] ad: *add.* 87, 88, 97, 01.

❡ Nota quod Responsoria de secundo nocturno historie[1] dicentur in .vi. feria, post festum reliquiarum.[2] Sed vbi fiunt tres commemorationes, tunc in octaua sancti Iohannis baptiste[3] tota cantetur[4] historia.

Jun. 10.] ❡ Die Sancte Trinitatis, totum de festo. Ad secundas vesperas fiat memoria de sancto Barnaba priuatim.

❡ Feria .ii., de sancto Barnaba, Inuitatorium triplex: ix. lectiones: Medie lectiones de octauis Trinitatis. Vespere erunt de apostolo,[5] et tres memorie.[6]

❡ Feria .iii. de festo loci, et memoria de sanctis,[7] et de octauis.[8]

❡ Feria .iiii. de sancta Maria, et memoria de octauis.[8]

❡ Feria .v., Festum Corporis Christi, maius duplex. Ad secundas vesperas, antiphona *Sapientia:* psalmi, hymnus, et versus, sicut ad primas vesperas.

❡ Et sic fiat quotidie per octauas,[9] quando de octauis agitur. Non dicitur *Gloria tibi, Domine, qui natus,* nisi quando fit seruicium de octauis[9] tantum.

❡ Feria .vi., de octauis[9]: tres lectiones cum regimine chori: memoria de martyribus,[10] et de octauis Trinitatis.

❡ Sabbato, de sancto Ricardo: ix. lectiones: medie lectiones de martyribus,[11] et memoria de vtrisque octauis.[8, 9] Ad vesperas, que erunt [12]de octauis,[9] memoria de sancto Ricardo: de dominica,[12] cum antiphona *Loquere, Domine:* de Trinitate: et processio fiat.[13]

Jun. 17.] ❡ Dominica prima post Trinitatem, totum de octauis Corporis Christi. Nonum[14] Responsorium a duobus cantetur: memoria de dominica, et de Trinitate. Missa dominicalis in capitulo dicatur. Ad primam, antiphona *Te iure.*

❡ Feria .ii. de octauis,[9] et memoria de martyribus.[15]

❡ Feria .iii. de octauis[9]: tres lectiones: et memoria de martyribus.[16]

[1] Deus omnium: *add.* 87, 88.
[2] Ista regula non habet locum vbi celebratur festum Visitationis: *add.* 97, 01.
[3] Jul. i.
[4] cantabitur: 87, 88.
[5] S. Barnaba.
[6] Tres memoriae: de festo loci, de martyribus [Basilide, Cirino, etc.], et de octauis [Trinitatis]. *Brev. Sar.* p. mxliii.
[7] SS. Basilide, etc.
[8] Trinitatis.
[9] Corporis Christi.
[10] SS. Vito, etc.
[11] SS. Cirico et Iulitta.
[12]—[12] de sancto Ricardo et memoria de octauis de dominica: 97, 01. Certum est quod vespere erunt de dominica infra octa. Et memoria de festo [S. Ricardi]. *Crede M.* § 41, p. 39.
[13] fer. iii.: *om. Portif.* 1519, 1557.
[14] Nonum: *om.* 97.
[15] SS. Marco et Marcelliano.
[16] SS. Gervasio et Protasio.

¶ Feria .iiii. de octauis,[1] et memoria tantum de sancto Edwardo.[2] Ad vesperas hec sola antiphona, *Sacerdos:* psalmus *Dixit Dominus:* Capitulum, Responsorium, et cetera omnia, sicut ad primas vesperas festi.

¶ Feria .v., Inuitatorium triplex: ix. lectiones. Ad secundas vesperas, antiphona *Sapientia:* psalmus *Dixit Dominus:* Hymnus *Sacris solenniis:* versus *Panem de celo:* Antiphona *O sacrum,* psalmus *Magnificat:* memoria de sancto Albano tantum.

¶ Feria .vi. de sancto Albano: ix. lectiones, cum Responsorio *Percepturus.* Et dicatur psalmus *Ad te leuaui.*

¶ Hac die incipiunt Exequie Mortuorum quotidiane.

¶ Sabbato, de sancta Etheldreda, cum nocturno, et[3] Responsorio *Regnum mundi.* Ad vesperas sancti Iohannis,[4] memoria de dominica, et de Trinitate sub silentio, sine processione ad crucem.

Jun. 24.] ¶ Dominica .ii. post Trinitatem, totum de sancto Iohanne baptista, festum minus duplex. Missa dominicalis in capitulo dicitur.

¶ Feria .ii. de festo loci, et memoria de octauis.[5]

¶ Feria .iii. de martyribus,[6] [z. viii.] Inuitatorium duplex: tres lectiones, cum propriis Responsoriis,[7] et completorio dominicali.

¶ Feria .iiii. de sancta Maria. Ad completorium sancti Leonis dicatur super (*Te lucis*) cantus dominicalis, propter octauas.[8]

¶ Feria v. de sancto Leone, cum nocturno.

¶ Feria .vi. de apostolis,[9] minus duplex.

¶ Sabbato, de sancto Paulo, Inuitatorium triplex: ix. lectiones: et due memorie.[10] Vespere erunt de dominica: memoria de apostolis[9]: et de octauis sancti Iohannis,[4] antiphona *Ingressus:* memoria de Trinitate: et processio fiat.

Jul. 1.] ¶ Dominica .iii. post Trinitatem, tota cantetur[11] historia: et memoria de octauis sancti Iohannis tantum. Missa de octauis[5] in capitulo fiat. Ad vesperas de Visitatione beate Marie, memoria de dominica priuatim, et nihil de martyribus.[12]

[1] Corporis Christi.
[2] Rege et martyre.
[3] cum: *add.* 87, 88.
[4] bapt.
[5] Nat. S. Iohannis Bapt.
[6] SS. Iohanne et Paulo.
[7] cum *for* et: 87, 88.
[8] *Crede Michi,* § 42, pp. 39, 40.
[9] SS. Petro et Paulo.
[10] mem. de S. Petro, et de S. Johanne Bapt.
[11] dicitur *for* cantetur: 87, 88.
[12] SS. Processo et Martiniano.

¶ Feria .ii., de Visitatione beate Marie,[1] maius duplex: et octaue cum regimine chori.

¶ Feria .iii. de octauis Visitationis.

¶ Feria .iiii. de sancto Martino: ix. lectiones. Medie[2] lectiones de octauis apostolorum,[3] et memoria de octauis[4].

¶ Feria .v., de octauis Visitationis beate Marie.

¶ Feria .vi., de octauis apostolorum,[3] et tantum memoria de octauis Visitationis beate Marie. Ad vesperas sancti Thome,[5] memoria de octauis Visitationis solenniter, et[6] de apostolis[3] sub silentio.

¶ Sabbato, de sancto Thoma,[5] minus duplex. Ad vesperas, de festo reliquiarum, cum memoria de sancto Thoma, et de octauis,[4] solenniter[6]: de dominica, et de Trinitate priuatim.

Jul. 8.] ¶ Dominica. iiii. Festum Reliquiarum, maius duplex.

¶ Quotidie per octauas fiat memoria de reliquiis.

¶ Feria .ii. totum de octauis,[4] Inuitatorium triplex: ix. lectiones. Et cetera omnia, sicut in die, preter Responsorium, quod non dicetur ad vesperas.

¶ Feria .iii. de martyribus,[7] cum Responsorio *Hec est vera.*

¶ Feria .iiii. de sancto Benedicto, Inuitatorium duplex: tres lectiones.[8]

¶ Feria .v. de festo loci.

¶ Feria .vi. de feria. Responsoria [9]de secundo nocturno. Missa quarte ferie.[9]

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .vi. feria [10]fiat vna commemoratio. Et tunc in .ii. feria dicuntur duo Responsoria ferialia, et tercium omittatur.[10] Ad vesperas sancti Swithuni, memoria de reliquiis: de dominica, antiphona *Montes Gelboe*[11]: de Trinitate: et processio fiat.[12]

Jul. 15.] ¶ Dominica .v. post Trinitatem: totum de sancto Swithuno: et tres memorie.[13]

[1] festum: 87, 88.
[2] et *before* medie: 87, 88.
[3] SS. Petr. et Paul.
[4] Visitationis.
[5] archiep. mart.
[6] et primo: *add.* 97, 01.
[7] Septem Fratribus.
[8] tantum: *add.* 87, 81.
[9]—[9] de primo nocturno, et dicuntur duo prima Responsoria ferialia. Missa dominicalis: 97, 01.
[10]—[10] fiat vna, et tunc dicitur missa dominicalis in capitulo in quarta feria, et omnia Responsoria ferialia pretermittantur: 97, 01.
[11] Ant. *Montes Gelboe*. *Brev. Sar.* i. mclxxii. ant. 7.
[12] fiat: *om.* 97, 01.
[13] missa dominicalis dicitur in capitulo: *add.* 97, 01. Mem. de Trinitate tantum: *Brev. Sar.* p. mclix. Sed ubi missa non in capitulo, mem. de Reliq., de dominica, et de Trin.

¶ Feria .ii. de sancto Osmundo. Omnia de communi vnius confessoris et pontificis.

¶ Feria .iii. de sancto Kenelmo, Inuitatorium duplex: tres lectiones.

¶ Feria .iiii. de sancto Arnulpho, Inuitatorium simplex: .iii. lectiones[1]: Capitulum *Omnis pontifex*.

¶ Feria .v. de festo loci.

¶ Feria .vi. de sancta Margareta: ix. lectiones.

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt .iii. commemorationes, in .iii. feria fiat vna commemoratio, et memoria de martyre.[2]

¶ Sabbato ad vesperas, memoria de abbate[3]: De dominica, antiphona *Rex autem:* de Trinitate: et processio fiat.

Jul. 22.] ¶ Dominica .vi. post Trinitatem, de sancta Maria Magdalena, Inuitatorium triplex: et tres memorie.[4]

¶ Feria .ii. de festo loci et memoria de martyre.[5]

¶ Feria .iii. de sancta Christina, cum nocturno.

¶ Feria .iiii. de sancto Iacobo apostolo,[6] Inferius duplex. Ad secundas vesperas, solennis memoria de sancta Anna tantum.

¶ Feria .v. de sancta Anna, Inuitatorium triplex: ix. lectiones.

¶ Feria .vi. de Septem Dormientibus, Inuitatorium duplex: tres lectiones. Et dicatur missa dominicalis pro summa missa.

¶ Sabbato, de sancta Maria, et due memorie.[7]

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .vi. feria fiat vna commemoratio. Et missa dominicalis dicatur in capitulo.

¶ Ab hac die vsque ad inceptionem Historie (*Domine, ne in ira*) accipiatur sextum *G*, pro littera dominicali.

Sequitur quintum *G*.[8]

[1] de communi: *add.* 87, 88.
[2] S. Kenelmo.
[3] S. Wandragesilo.
[4] De V. ad Nonam *Adducentur Regi*, in die S. M. Magdalene, vide *Defens. Direct.* c. 18, p. 33.
Tres memoriae: 'de sancto [Wandragesilo, abbate]; de Dominica, Ant. *Rex autem Dauid;* de Trinitate; et processio.' *Brev. Sar.* p. mclxiii.; cf. p. mclix.
[5] S. Apollinare.
[6] apostolo: *om.* 87, 88.
[7] Mem. de S. Sampsone episcopo, et de S. Panthaleone M.
[8] *Tailpiece om.* 87, 88; *heading om.* 97, 01.

[Quintum *G*. xix. xi. viii.]

[Epacte 17, 18, 20, *stylo antiquo;* 25, 26, 27, 28, *stylo moderno.* Pascha, April xxii.]

Jan. 14.] [& i.] ¶ Littera dominicalis[1] *G*, decimo quarto die Ianuarii inchoetur historia (*Domine, ne in ira*). Et fiant medie lectiones de sancto Felice martyre. In laudibus omnes antiphone dicuntur, cum psalmo *Ad te leuaui*.

¶ Hac die incipiunt Vigilie[2] Mortuorum quotidiane.

¶ Feria .ii., de sancto Mauro, Inuitatorium simplex: tres lectiones. Responsoria[3] de primo nocturno vnius abbatis.

¶ Feria .iii., de sancto Marcello, Inuitatorium simplex: tres lectiones. Capitulum *Omnis pontifex*. Responsoria de secundo[4] nocturno.

¶ Feria .iiii. de festo loci, et memoria de sancto Sulpitio.

¶ Feria .v., de sancta Maria, et memoria de sancta Prisca.

¶ Feria .vi. de sancto Wulstano: ix. lectiones de communi.

¶ Sabbato, de martyribus Fabiano et Sebastiano: ix. lectiones: Capitulum *Iustorum anime*.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .iii. feria fiat vna commemoratio.

Jan. 21.] ¶ Dominica .ii.[5] totum de sancta Agnete. Capitulum *Confitebor*.

¶ Feria .ii. de sancto Vincentio: ix. lectiones.

¶ Feria .iii. de feria. Responsoria illius ferie. Missa dominicalis.

¶ Feria .iiii. de festo loci.

¶ Feria .v. de sancto Paulo, Inuitatorium triplex: ix. lectiones.

¶ Feria .vi. de feria. Responsoria[3] illius ferie, cum Epistola et euangelio eiusdem ferie.

[1] dominicali: 87, 88.
[2] Exequie: 87, 88.
[3] Responsorium: 97, 01.
[4] primo: 97, 01.
[5] post oct. Epiph.

¶ Sabbato, de sancta Maria, et memoria de sancto Iuliano.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .vi. feria fiat vna commemoratio.

Jan. 28.] ¶ Dominica .iii., de seruicio dominicali. Medie lectiones de sancta Agnete.[1] In laudibus, vna antiphona.

¶ Feria .ii. de festo loci.

¶ Feria .iii. de sancta Batilde. Inuitatorium simplex: tres lectiones de communi, cum Responsorio *Regnum mundi.*

¶ Feria .iiii. de feria. Epistola et euangelium illius ferie.

¶ Feria .v. de sancta Brigida. Inuitatorium simplex: tres lectiones, cum [2]nocturno, et†[2] Responsorio *Induit me.*

¶ Feria .vi., festum Purificationis, maius duplex.

¶ Sacerdos benedicens cereos, siue candelas, stabit conuersus ad orientem, secundum ordinale.[3] Ad secundas vesperas dicatur pro hymno *Letabundus.* Nulla[4] memoria fiat.

¶ Sabbato, de sancta Maria, et memoria de sancto Blasio.

¶ Vbi fiunt .iii. commemorationes, in .iiii. feria fiat vna.[5]

Feb. 4.] ¶ Dominica .iiii.,[6] tota cantetur historia.

¶ Feria .ii. de sancta Agatha: ix. lectiones: Capitulum *Confitebor.*

¶ Feria .iii. de confessoribus.[7] Inuitatorium simplex: tres lectiones.

¶ Feria .iiii. de feria. Epistola et euangelium illius[8] ferie.

¶ Feria .v. de festo loci.

¶ Feria .vi. de feria. Epistola et euangelium eiusdem[9] ferie.

¶ Sabbato, de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .iiii. feria fiat vna commemoratio.

Feb. 11.] ¶ Dominica .v., tota cantetur historia. In laudibus omnes antiphone dicuntur.[10]

¶ Feria .ii. de feria, cum missa (*Salus populi*).

¶ Feria .iii. de festo loci.

[1] 2do.
[2] *om.* 87, 88.
[3] *stabit versus orientem:* Defens. Direct., p. 10; Crede M., pp. 48, 51, 67.
[4] et *before* nulla: 87, 88.
[5] commemoratio: *add.* 87, 88.
[6] post oct. Epiph.
[7] confessore†: 97, 01 (SS. Vedasto et Amando).
[8] eiusdem: 87, 88.
[9] illius: 87, 88.
[10] dicantur: 88.

¶ Feria .iiii. de sancto Valentino, Inuitatorium simplex: tres lectiones. Capitulum *Iste sanctus*, [1]cum missa quarte ferie.[1]

¶ Feria .v. de feria.[2]

¶ Feria .vi. de sancta Iuliana, Inuitatorium duplex: tres lectiones.

¶ Sabbato, de sancta Maria. Ad missam dicitur[3] *Kyrie omnipotens: Spiritus, et alme:* et *Benedictus Marie filius.*

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .ii. feria fiat vna commemoratio.[4]

¶ Si ab hac die, vsque ad Passionem Domini exclusiue, in aliqua dominica festum loci, vel dedicationis ecclesie, contigerit, totum seruicium fiat de festo, siue de dedicatione, et solennis memoria de dominica. Et tunc historia dominicalis cantabitur per hebdomadam.

Feb. 18.] ¶ Dominica in .lxx., totum de dominica.

¶ Feria .ii. de feria. Responsoria[5] historie dominicalis, cum missa (*Salus populi*).

¶ Feria .iii. de festo loci.[6]

¶ Feria .iiii. de feria.[7] Et dicuntur Responsoria ferialia. Epistola et euangelium illius ferie.

¶ Feria .v. de sancto Petro,[8] Inuitatorium triplex: ix. lectiones.

¶ Feria .vi. de sancta Maria.

¶ Vbi fiunt tres commemorationes, in .ii. feria fiat vna commemoratio.

¶ Sabbato, de sancto Mathia, Inferius duplex.

¶ Nota[9] quod sanctus Mathias non habet vigiliam, nisi ieunium tantum. Secunde vespere erunt[10] de festo, et solennis memoria de dominica.

¶ In anno bisextili, fiat seruicium de sancto Mathia in .ii. feria sequenti: et in sabbato fiat commemoratio beate Marie.[11] Et Responsoria ferialia [12]dicuntur in .vi. feria.[12]

[1]—[1] *om.* 87, 88, 97, 01.
[2] cum missa iiii. ferie: *add.* 87, 88; Epistola et euangelium iiii. ferie: *add.* 97, 01.
[3] cantus super: *add.* 97, 01.
[4] commemoratio: *om.* 87, 88.
[5] Responsorium: 97, 01.
[6] Nihil dicit de fer. iii. *Portif.* 1557.
[7] feriis: 97, 01.
[8] Cathedra S. Petri.
[9] Et *before* nota: 87, 88.
[10] erunt: *om.* 88.
[11] et in iiii. feria dicitur de feria. *Brev. Sar.* p. ccccIxxxiii.
[12]—[12] in vi. feria dicantur: 87, 88.

¶ Et tunc ab hac die, vsque ad inceptionem [& .ii.] historie (*In principio*), accipiatur quintum *F*, pro littera dominicali. Et inchoetur ad dominicam in Sexagesima.[1]

Feb. 25.] ¶ Dominica in .lx., totum de dominica.

¶ Feria .ii. de feria. Missa *Salus populi*).

¶ Feria .iii. de festo loci.

¶ Feria .iiii. de feria.[2]

¶ Feria .v. de sancto Dauid : ix. lectiones.[3]

¶ Feria .vi. de sancta Cedda : ix. lectiones.

¶ Sabbato, de sancta Maria.

Igitur has inter humane fragilitatis cogitationes iactatus, a proposito fere desisteret, ni lux diuini eloquii exemplum Jeremie prophete in medium afferrens†, eum ad peragendum inceptam prouinciam incitaret. Jeremias enim, cum audisset se a Domino prophetam gentibus constitutum, se imperitum asseruit, se puerum affirmauit: ad que Dominus, *Noli* inquit *dicere, quia puer sum: quoniam ad omnia, ad que mittam te, ibis; et quecumque mandauero, loqueris.*[1] Et Saluator noster apostolos ad predicandum missos ita alloquitur, *Nolite* inquit *cogitare quomodo, aut quid, loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.*[2] Equidem a Spiritu Sancto datur nobis facundia: ab eodem, sapientia, et intelligentia, et *omne* denique bonum et *perfectum descendit.*[3]

Quamobrem huius preclari operis auctor, se inhabilem recognoscens, ad ipsius Dei omnipotentiam conuolat, et flexis genibus cordeque sursum erecto, supplex diuinam opem exposcit. Confisus itaque de implorato patrocinio et intemerate ac semper virginis Marie, Petrique clavigeri, et totius curie celestis precibus se committens, hoc opus permaximum, suis impar viribus, orsus est; et demum post diurnos labores nocturnasque vigilias castigatissimum reddidit.

Qua de re omnes qui hoc opus in manibus sumpserint, oro atque exoro, ne illud superbo aut arroganti oculo legant vel ascultent, la- [p. ✠ ij.] cerent, aut ei detrahant, neue hunc multorum annorum laborem assiduum reprehendant. Enimuero operis auctor Domini vineam assidue coluit, vitem plantauit, suauissimosque ac nectareos racemos ad conficiendum mustum plenum aromatibus recollegit.

Quare agite, iucundissimi lectores, hoc opus insigne iam iam

[1] *Prophetia Ierem.* i. 7. [2] *Sec. Matt.* x. 19.
[3] *Ep. S. Jac.* i. 17.

e tenebris in lucem editum, grata hylarique fronte accipite, vt portiferia†, seu breuiaria vestra castigare, corrigere, supplere, ac emendare possitis.

Et si quid deuium aut exorbitans in hoc opere inueniri poterit, hoc totum perspicatiori ingenio, saniorique consilio corrigendum committimus: vnum obtestamur, ne id auctoris inertie aut inexperientie attribuatur, *quandoque* enim *bonus dormitat Homerus.*[1]

¶ Finit Prologus.

[1] Q. Horatius Flaccus, *De arte poetica*, ver. 359.

[PROLOGUS T. HOTHYRSALL, A.D. 1497.]

¶ Incipit Prologus super Picam quotidianam vel annualem, siue serialem, cum Tabula literarum dominicalium de anno in annum, predictam Picam precedente, et duratura per Annos .CCCCC.xxxii., tunc reinceptura.

Sic Pica cum tabula semper manebunt, dum mundus cum hominibus perdurauerit, quas composuit Robertus Auissede, presbiter, quondam Capellanus Ecclesie S. Gregorii, in magno vico Eborum.

¶ Prologus.

SAnctissimi Saluatoris nostri gratia inspirante, et fortitudinem michi sapientiam et intellectum conferente, precibusque beate Marie virginis eiusdem Dei genitricis intercedentibus, atque omnium sanctorum presencia precante, quasi lac vobis concupisco quamuis inscius et insolers ego paruulis dare, tempore vero presenti audire multi nolunt, nec intelligere de quo, qua, vel quibus seruicium Dei, scilicet Matutine, Missa, et vespere dici debent; et non est eis cura de quo, qua, vel quibus seruicium dictum fuerit: nec ordinale sunt secuti, neque festis de nouo constitutis attendunt, de quibus propheticum illud dici bene poterit, *Noluit intelligere, vt bene ageret.*[1]

Nunc pro dolor quod in domo Dei tales inscii atque insolertes, voluntatem non habentes, nec propositum intelligendi, neque recte agendi siue discendi, simus erecti, quia tam in vno loco quam in alio inueni et inuenio atque audio quod simplices et necligentes, verum non scrutantes neque attendentes sumus, licet per antedictam graciam ad sacerdocium vocati fuerimus. Ideoque per eandem graciam seruitii seriem de die in diem dicendi ad omnium proposui intelligenciam explicare. Incipiens Anno Domini .M.CCCC.lxxx.xvii. et die Mensis Aprilis: xxiiii. editas primo faciam litteras dominicales per quas dominica curret de Anno in annum per spacium cicli magni [p. ✠ iii.]

[1] Psalmo xxxv. ver. 3.

qui continet in seipso ciclos †solares .xix. et lunares ciclos .xxviii.† ex tunc reincepturus, vt facilius sciatis per quam litteram, et quem numerum, incipiet*is* in festo Circuncisionis Domini.

Et si due littere cum suis numeris in vna linea sint posite, tunc prima illarum in linea transuersa, cum suo numero incipiet in festo Circuncisionis Domini, et terminabitur in loco bisextili, vbi secunda littera cum suo numero in eadem linea incipiet, et permanebit per totum annum sequentem, scilicet vsque ad festum Circuncisionis. Et ibi littera dominicalis mutabitur in aliam litteram primam per kalendarium retrogradam.

Quia nunc temporis illa littera *A.* est littera dominicalis, scilicet anno Domini .M.CCCC.lxxx.xvii. cicli solaris [.xxii][1] Lunaris vero .xvi. Concurrentibus .vi. Indicione‡ .xv. Epact' .xv. Clauibus terminorum .xi. Embolisimo‡ nullo.

Et anno sequente, scilicet Anno Domini .M.CCCC.lxxx.xviii. ista littera *G.* erit littera dominicalis per kalendarium retrograda. Anno solaris [.xxiij].[2] Lunaris xvii. concurrentibus. vii. Indicione† .i. Epactis .xxvi. Clauibus terminorum .xxx. Embolismo .vi. instante. et sic deinceps. In super post litteras dominicales supradictas cum annis Domini, et ciclis solaribus, et eciam lunaribus interpositis sequetur libellus paruitatis mee opusculum, qui vocabitur **Pica quotidiana**, vel **annualis**, siue **serialis.**

Quotidiana, quia quotidie. **Annualis,** quia annuatim, **Serialis,** quia seriatim seruicium indicabit.

Et omnes variaciones festorum mobilium et immobilium, quando et vbi contingent, internotabo. Et specialiter de magno dubio quod inter multos erit anno Domini Millesimo .dii. xxxvi. enotabo, in loco suo, per *D. vi.*,[3] scilicet, quando dominica prima .lxx. contingent in Cathedra S. Petri apostoli. Et alleluia hoc anno in vigilia cathedra† S. petri claudetur. De quo dubio diem Pasche annotaui in tabula magna pendente in vestiario monasterii Ebor*um*, quam scilicet tabulam elapso tempore, scilicet anno-[p. ✠ iii^b.]rum composui de rebus multis et diuersis. Et sic, nisi ter tantum, fuit a Natiuitate Christi vsque huc. Nec erit vsque ad annum Domini prenotatum. Hoc est, post tempus presens, per annos CC.xxxix.

Et sic libellus prenominatus erit de die in diem, omni anno permansurus, et indicabit de quo, qua, vel quibus seruicium dicitur.

†—† *An old hand corrects this* in the Sidney Sussex copy *to* 'lunares .xix. et solares ciclos .xxviii.'

[1] The number of the solar cycle, as originally printed here, has been rendered illegible, and ? ".xxii." is written above the line by a sixteenth-century corrector.

[2] The original number obliterated.

[3] For this York '*D.* sextum' our Sarum Directorium makes no provision.

Et notandum est quod dudum duo seruicia in vno die ponuntur, et hec diccio **Vel** interposita, siue **In aliis locis.**

Ad hoc autem sciendum est, quod Primum seruicium debet dici in omnibus locis, vbi ecclesia sita fuerit in nomine alicuius apostoli siue euangeliste, et etiam beate Marie virginis, vel sancti Willelmi.

Et secundum seruicium, quod sequitur post **Vel**, siue **In aliis locis**, debet dici in omnibus aliis locis, que sunt sita in nomine alicuius sancti, vel sancte, qui non est apostolus, neque euangelista. Exceptis, vt predicitur, beata Maria virgine, et sancto Willelmo, quoniam sufficit commemoracio eorundem.

Ideo dicendum est Primum seruicium, scilicet commemoracio de apostolis Petro et Paulo, in quorum nomine fundatum Monasterium Ebor*um*, quod est mater nostra [1]in diocesi Eboracensi [2] manencium.

Set in hac ebdomada, vbi solenne festum ecclesie euenerit, quilibet ordinale suum ordinare debet propter commemoracionem eius que hac ebdomada non dicitur, qua propter oportet nos et vos anteuidere, ne in lapsum curramus, et notam necligentiam. Deo gratias.

[1]—[2] i*n* diocesis Eborace*n*sis† : ed. 1509–10.

TABULA.

¶ Incipit tabula litterarum dominicalium, scilicet bisextilium et communium, atque ciclorum solarium et lunarium per annos d.xxxii., tunc reinceptura. Incipiens Anno Domini .M.CCCC.lxxxxvii.

Tabula.

1497. A. primum	1516. f. 1. e. 1.	1533. e. 4.
1498. g. 4.	1517. d. 4.	1534. d. 3.
1499. f. 2.	1518. c. 2.	1535. c. 1.
1500. e. 5. d. 5.	1519. b. 5.	1536. b. 3. a. 4.
ciclus lunaris	cicl. lunar. 1520.	1537. g. 2.
1501. c. 3.	a. 3. g. 3.	1538. f. 5.
1502. b. 1.	cicl. solaris 1521.	ciclus lunaris 1539.
1503. a. 4.	f. 2.	e. 3.
1504. g. 3. f. 3.	1522. e. 5.	1540. d. 2. c. 1.
1505. e. 1.	1523. d. 3.	1541. b. 4.
1506. d. 4.	1524. c. 1. b. 1.	1542. a. 3.
1507. c. 2.	1525. a. 4.	1543. g. 1.
1508. b. 5. a. 5.	1526. g. 2.	1544. f. 4. e. 4.
1509. g. 3.	1527. f. 5.	1545. d. 3.
1510. f. 2.	1528. e. 4. d. 4.	1546. c. 5.
1511. e. 5.	1529. c. 1.	1547. b. 3.
1512. d. 4. c. 3.	1530. b. 4.	1548. a. 2. g. 2.
1513. b. 1.	1531. a. 3.	†ciclus solaris† 1549.
1514. a. 4.	[ciclus solaris 1532]	f. 5.
1515. g. 3.	g. 2. f. 2.	

The Table is carried on through 7 pages of three columns each for a period of 532 years. In the Sidney Sussex copy there are many MS. corrections of the solar cycles. At the foot of the 10th column the following note occurs :—

ciclus lunaris. 1729.
e. 3.
1730. d. 2.
1731. c. 4.
1732. b. 3. a. 3.
1733. g. 1.
1734. f. 4.
1735. e. 3.
1736. d. 6. c. 5.

Inter multos dubium erit magnum in anno prenotato, pro Septuagesima et Pascha. Set sine dubio contingent et transient per istas litteras prenotatas, et sequentur tabulam hic scriptam.

The table ends after about 10 or 11 columns more :—

ciclus solaris 2025.[1]
f. 3.
2026. e. 2.
2027. d. 5.
c. 2. b. 2.

* [p. ✠ vii[b]]

NOtandum vero, si dies Judicii magni non anteuenerit, hec tabula finietur per bisextum et litteras dominicales *C.* et *B.*, anno Domini .CC.† et xvii.,[2] et anno cicli solaris quarto.[3] Lunaris vero, xv. Concurrentibus .v. Inditione .vi. Epactis, quarto. Clauibus terminorum .xii. Embolismo nullo.

Et anno sequente incipietur per *A.* primum, in principio tabule, scilicet Anno Domini CC.† et xxix. et solaris cicli anno [.xxi.] Lunaris vero .xvi. Concurrentibus .vi. Indicione .vii. Epactis .xv. Clauibus .xi. Embolismo nullo, instante.

Et sic de anno in annum pertransibit tabula, et cum peruenerit vsque ad finem, tunc reincipietur: quia semper durabit dum mundus viuentibus cum hominibus super terram perdurauerit, mutatis annis Domini.

Deo gratias semper Agamus.

¶ Explicit tabula litterarum dominicalium.[4]

¶ Sequitur Pica. [p. A. i.] *A* primum.

¶ Incipit Pica, siue directorium sacerdotum, ad vsum Eboracen:

¶ Januarius.

DOminica. de Circuncisione Domini. Festum duplex principale. ad secundas vesperas fiet memoria tantum de sancto Stephano.

¶ Feria .ii. de octa. S. Stephani: memoria de domina, de sancto Johanne, et de Innocentibus: prefacio communis.

[1] This year is misprinted 'ccxv.,' altered in MS. to 'ccxxv.,' meaning 'MM.xxv.'

[2] Altered in MS. to .CC. et xxviii. (meaning 2028).

[3] Altered to 'xxi.'

[4] Here follow 2½ pages of notes (viz. *Regule generales*, and *Rubrica de Delicacione Ecclesie*) which have been printed already by Mr. Lawley in the *York Breviary* (1883), ii. 741–3, 781–4.

Next follow 2½ pages of notes, '*Ciclus vero solaris*,' etc., etc., which we may defer as an appendix to our Sarum *Compotus manualis*.

Then come rules for three days in the Octave of St. Peter, corresponding to the Surtees Society's reprint of the *York Missal*, ii. pp. 61, 62. And the page, and sheet ✠, end with the tailpiece '¶ Sequitur Pica.'

❡ Feria .iii. de oct. sancti Johannis, cum memoria de domina, et de Innocentibus: prefacio de apostolis. . . .

After *A.* i. follow '*A.* secundum,' etc., to '*A.* Quintum' et 'vltima littera dominicalis *A.*,' which serves the double duty of the Sarum *A.* 5 + *A.* 6. The other letters follow in retrograde order, *G.*, *F.*, *E.*, *D.*, *C.*, and *B.*, the last section being entitled '*B.* quintum et vltimum,' ending thus:—

❡ Sabbato, de S. Siluestro papa, medie lectiones de Natiuitate.

❡ Dominica, de festo Circuncisionis, et cetera omnia in *A.* littera dominicali qualiscunque euenerit, cum suo numero prescripto in huius libri tabula semper duratа† dum mundus perdurauerit.

❡ Explicit hic Pica . rudibus bona semper Amica.

Deo gracias semper Agamus.

❡ In laudem sanctissime Trinitatis tociusque milicie celestis, ad honorem et decorem S. ecclesie Ebor*um* Anglicane, eiusque deuotissimi cleri, hoc opus qui† **Pica** siue **directorium sacerdotum** nuncupatur, vigilanti studio emendatum et reuisum. Impressum [p. V iiii.] Ebor*um* per me Hugonem . goes . in vico qui appellatur. Steen gate.[1] Anno Domini .M.d.ix. xviii. die Mensis Februarii.

❡ Hic Incipiunt Regule generales. [Cf. *Brev. Ebor.* Surtees Soc. 1883. ii. 731–4.]

❡ Rubrica de Festo Dedicacionis Ecclesie. [These occupy five pages. Cf. *Brev. Ebor.* ii. 781–4]

[We give now the Pye for the rare case, with Leap Year *DC*, Golden No. *viij.*]

fo. 89, li. 6.

❡ Notandum est quod Anno Domini .M.DCC.xxxvi. dubium erit magnum, pro Septuagesima accipienda, et pro diuersis causis tunc temporis contingentibus, scilicet pro *D.* littera dominicali, incipiente in circuncisione Domini, et Anno bisextili; quia in *C.* litteram mutabitur, et aureo numero, qui erit *octo*.

Ideoque, Septuagesima erit in Cathedra S. Petri, scilicet .viii. Kalend. Marcii, set in die illa dominica dicitur de S. Petro, vt ibi notatur cum *Laus tibi, Domine, rex eterne glorie.*

Et tunc dies Pasche erit in festo S. Marci euangeliste.

Sic erit iterum elapso tempore .ccccc.xxxii. Annorum; et sic deinceps . et propter hoc dubium, seruicium enotabo per *D.* vi., quod hoc anno erit accipiendum, atque dicendum, vsque ad locum bisextilem; et ibi, scilicet in loco bisextili, *C.* v. est

[1] I suppose this is Stonegate, York, which appears as 'Staynegate,' 'Stanegate,' 'Stayngate,' 'Stanegayte,' in *Yorkshire Chantry Surveys* (Surtees Soc.), pp. 19, 21, 26, 32, etc. Simon de Evesham, Abp. Gray's scribe, bequeathed his house in Stonegate to the vicars choral in 1287. *Gray Reg.*, p. 10*n.*

accipiendum, et dicendum, per totum annum sequentem, scilicet vsque ad locum Circuncisionis Domini, sicut post illud *D.* vi. notabitur.

Insuper illud dubium enotaui in tabula pendente monasterio Ebor*um*, scilicet vbi Pascha erit; quam scilicet tabulam de multis et diuersis rebbus† composui.

D. vi.

CIrcuncisio Domini.

¶ Feria .vi. de oct. S. Stephani.

¶ Sabbato, de oct. S. Johannis.

Jan. 4.] ¶ Dominica de oct. Innocentium, cum ix. lectionibus: vespere erunt de illis, cum memoria de domina.[1]

Feria .ii. de vigilia Epiphanie.

¶ Feria .iii. de festo Epiphanie.

¶ Feria quarta, de S. Edwardo: medie lectiones, de Epiphania.

¶ Fer. v. et vi. de Epiphania.

¶ Sabbato, de Epiphania: memoria de S. Paulo.

Jan. 11.] ¶ Dominica, de festo translacionis S. Willelmi.[2]

¶ Feria .ii., de dominica infra [octa. Epiph.].

¶ Feria .iii. de oct. Epiphanie; medie lectiones de confessoribus [Hilario et Remigio].

¶ Feria .iiii. de S. Felice.

[p. O iii[b].] ¶ Feria .v. de S. Mauro.

¶ Feria .vi. de S. Marcello.

¶ Sabbato, de domina: memoria de S. Anthonio.

Jan. 18.] ¶ Dominica prima, *Domine, ne in ira:* memoria de virgine [S. Prisca].

¶ Feria .ii. de S. German[ic]o.

¶ Feria .iii. de martyribus Fabiano et Sebastiano.

¶ Feria quarta, de S. Agnete.[3]

¶ Feria .v. de S. Vincentio.

¶ Feria .vi. de S. Emerenciana.

[1] vespere de domina non dicuntur in choro: *A.* i.

[2] Festum Translationis S. Wilelmi eboracensis archiepiscopi semper in dominica ost festum Epiphanie celebretur tanquam duplex principale. *Brev. Ebor.* rio.

ia de S. Agnete cotidie per octauas: *A.* i.

¶ Sabbato de domina : memoria de martiribus [Babilla et sociis].

Jan. 25.] ¶ Dominica, de conuersione S. Pauli . me[moria S. Preiecti martiris].

¶ Feria .ii. de S. Policarpo.

¶ Feria .iii. de S. Juliano episcopo.

¶ Feria quarta, de oct. S. Agnetis.[1]

¶ Feria .v. de S. Willelmo . *vel* de festo loci.

¶ Feria .vi. de S. Batilda†.

¶ Sabbato, de domina.

¶ Februarius.

Feb. 1.] ¶ Dominica .ii. medie lecciones de S. Brigida.

¶ Feria .ii. de festo Purificacionis beate Marie.

¶ Feria .iii. de S. Blasio.

¶ Feria quarta, de S. Gilberto.

¶ Feria .v. de S. Agatha.

¶ Feria .vi. de confessoribus Vedasto et Amando.

¶ Sabbato, de domina.

Feb. 8.] ¶ Dominica .iii. post oct. Epiphanie, sequencia *Voce iubilantes :* prefacio communis.

¶ Feria .ii. de S. Willelmo.

¶ Feria .iii. de S. Scolastica.

¶ Feria quarta, de feria.

¶ Feria .v. de apostolis [Petro et Paulo].

¶ Feria .vi. de feria.

¶ Sabbato, de domina : memoria de S. Valentino.

Feb. 15.] ¶ Dominica quarta post oct. Epiphanie, Sequencia : prefacio communis.

¶ Feria .ii. de S. Juliana.

¶ Feria .iii. de S. Willelmo.

¶ Feria quarta, de dominica. v. R. feriale.

¶ Feria .v. de apostolis.

¶ Feria .vi. de feria.

[1] benedicciones ad matutinas, *Omnipotens Deus : A.* i.

¶ Sabbato, de domina. Et claudatur *Alleluia* more solito. Ad vesperas dicitur *Laus tibi, Domine, rex*, etc. Ant. *Quem dicunt homines;* et cetera omnia sicut in Cathedra S. Petri notantur, cum memoria de Septuagesima: Ant. *Plantauerat autem Dominus.* Versiculus, *Vespertina oracio.* [Oracio,] *Preces populi.*

Feb. 22.] ¶ Dominica, de Cathedra S. Petri: memoria de dominica, cum Ant. *Simile est regnum.* Versic. *Dominus regum.* Oracio, *Preces populi.* Ad missam, memoria de .lxx. sub vna conclusione. Ad vesperas, memoria de .lxx. Ant. *Dixit pater fa[milias operariis].* Versic. *Dirigatur, Domine.* Oracio, *Preces populi tui.*

¶ Feria .ii. de dominica prima lxx.[1] cum tribus lectionibus de expositione, et tribus primis Responsoriis.

¶ Feria .iii. de S. Willelmo, vel de feria: epistola et euangelium quarte ferie.

¶ Feria quarta, de festo S. Mathie apostoli: memoria de .lxx.[1]

¶ Feria .v. de feria . [p. O iiii.] epistola et euangelium quarte ferie; vel de festo loci.

¶ Feria .vi. de feria.

¶ Sabbato, de domina.

Feb. 29, bissextil.] ¶ Dominica Sexagesime . littera dominicalis *C.*

¶ Marcius.

¶ Feria .ii. de S. Albino.

¶ Feria .iii. de S. Cedda [archiepiscopo Ebor.].

¶ Feria quarta, de feria.

¶ Feria .v. de apostolis; et cetera omnia per annum, sicut patent in v. littera dominicali *C.*, quia bisextus est, et aliter non poterit esse vllo modo.

[Sequuntur *C.* primum, secundum, tercium, et quartum; et mox, sub. '*C.* quinto et .vltimo,' post initium sequitur.]

¶ Feria .vi. de feria.

[¶] Sabbato, de domina.

Mar. 7.] [¶] Dominica, quinquagesime.

Feria .ii. de apostolis.

Feria .iii. de domina.

[1] memoria de .lxx. in nullo festo omittitur: *A.* i.

[¶] Feria .iiii. de capite Jeiunii.

[¶] Feria .v. de feria.

[¶] Feria .vi. de S. Georgio [*leg.* Gregorio].

[¶] Sabbato, de feria.

Mar. 14.] [¶] Dominica prima quadragesime, .ii. Idus Marcii.

¶ Feria .ii. .iii. .iiii. .v. et .vi., de feriis Quatuor temporum.

¶ Sabbato, de S. Cuthberto.

Mar. 21.] [¶] Dominica, ii. quadragesime; et differatur festum [S. Benedicti abbatis et confessoris].

¶ Feria .ii. de S. Benedicto.

¶ Feria .iii. et .iiii. de feriis.

¶ Feria .v. de festo Annunciationis Marie.

¶ Feria .vi. et Sabbato, de feriis.

Mar. 28.] ¶ Dominica, tercia quadragesime.

¶ Feria .ii. .iii. .iiii. et .v. de feriis.

¶ Aprilis.

¶ Feria .vi. ['de visitatione beate Marie' *add.* MS.][1], et Sabbato, de feria.

C. QUINTUM.

Apr. 4.] p. Q v.] ¶ Dominica, quarta quadragesime; et differatur festum [S. Ambrosii].

Vespere erunt de S. Ambrosio.

¶ Feria .ii. de S. Ambrosio.

¶ Feria .iii. quarta, .v. .vi. et Sabbato, de feriis.

Apr. 11.] ¶ Dominica, in passione.

¶ Feria .ii. et .iii. de feria.

¶ Feria .iiii. de feria; memoria de martiribus [Tyburtio, Valeriano et Maximo].

¶ Feria .v. de feria.

¶ Feria .vi. de S. Georgio . et Sabbato, de translacione S. Wilfridi, cum ix. lectionibus: quia duplices sunt, vespere erunt de S. Wilfrido.

Apr. 18.] ¶ Dominica, in Ramis Palmarum.

[1] In York Use, the Visitation of St. Mary occurs on April 2nd, and this date is more consistent with the Evangelical account than July 2nd (the date in other kalendars). Surely July 2nd cannot be supposed to happen earlier than June 24th (the Nativity of St. John the Baptist). Yet, according to the Uses of Sarum, Hereford, Rome, and our present English Prayer-book, it does or ought to do. (J. R. L., June 25th, 1888.)

¶ Feria .ii. .iii. et quarta, de feriis.

¶ Feria .v. de Cena Domini.

¶ Feria .vi. de parasceue Domini.[1]

Apr. 25.] ¶ Festum Pasche .vii. Kalend. Mayi: nichil de S. Marco.

¶ Feria .ii. .iii. et quarta, festa principalia.

¶ Feria .v. .vi. et Sabbato, quasi .ix. leccionum. nichil de apostolis [Philippo et Jacobo], nec ante, neque post, nisi quod festum eorum custodietur solenne.

¶ Mayus.

May 2.] ¶ Dominica in oct. Pasche: ad vesperas de dominica, fiat memoria de Inuencione S. crucis. et de martiribus [Alexandro, Euencio, et Theodoro]: de Resurrectione, de domina, et de omnibus sanctis.

¶ Feria .ii. de Inuencione S. crucis: memoria de martiribus [Alexandro, sociis que eius.]

¶ Feria .iii. de feria. R. *Locutus.* Epistola et euangelium quarte ferie.

¶ Feria .iiii. de feria. R. *Vidi Iherusalem*. epistola et euangelium .vi. ferie.

¶ Feria .v. de S. Johenne† euangelista.

¶ Feria .vi. de S. Johanne beuerlac.

¶ Sabbato, de domina. Ad vesperas Ant. *Hec autem scripta sunt.*

May 9.] ¶ Dominica, .ii. post Pascha.

¶ Feria .ii. de martiribus [Gordiano et Epimacho]. Inuitatorium *Exultent,* et cetera, alleluiatice.

¶ Feria .iii. de feria. R. *Speciosa*. epistola et euangelium quarte ferie.

¶ Feria .iiii. de martiribus [Nereo, Achilleo atque Pancratio]. Sinodus.

¶ Feria .v. de apostolis.

¶ Feria .vi. de feria. R. *In diademate.*

¶ Sabbato, de domina.

May 16.] ¶ Dominica .iii. post Pascha.

¶ Feria .ii. de feria. R. *Narrabo*. epistola et euangelium quarte ferie.

[1] Sabbato, de sabbato sancto Domini: *A.* i.

¶ Feria .iii. de S. Willelmo.

¶ Feria quarta, de S. Dunstano.

¶ Feria .v. de apostolis.

¶ Feria .vi. de feria. R. *Deus, canticum.*

¶ Sabbato, de domina.

May 23.] ¶ Dominica, quarta post Pascha.

¶ Feria .ii. de feria. R. *Cantate*. epistola et euangelium quarte ferie.

¶ Feria .iii. de S. Vrbano papa.

¶ Feria .iiii. de S. Augustino : memoria de S. Beda.

¶ Feria .v. de feria. R. *Narrabo*. epistola et euangelium .vi. ferie.

¶ Feria .vi. de S. Germano.

¶ Sabbato, de domina.

May 30.] ¶ Dominica .v. post Pascha. Rogaciones.

[p. Q v^b^.] ¶ Feria .ii. de feria. R. *Deus, canticum*. memoria de virgine [S. Petronilla].

[¶ Junius.]

¶ Feria .iii. de domina : memoria de martire [Nicomede].

¶ Feria quarta, de vigilia [Ascensionis] : memoria de martiribus [SS. Marcellino et Petro].

¶ Feria .v. de festo Ascencionis : nulla fiet memoria ad .ii. vesperas de sancto [Petroco].

¶ Feria .vi. et sabbato, de Ascencione : memoria de sancto.[1]

Jun. 6.] ¶ Dominica, infra oct. [Ascensionis].

¶ Feria .ii. de Ascencione. Ad vtrasque vesperas S. Willelmi, dicuntur antiphone et psalmi de Ascencione.

¶ Feria .iii. de festo S. Willelmi . memoria de Ascensione, et de confessoribus [Medardo et Gildardo], cum versiculo *Sacerdotes*, tam ad vesperas quam ad matutinas.[2]

¶ Feria quarta, de Ascencione : memoria de martiribus [Primo et Feliciano] : tamen nulla de S. Willelmo.

¶ Feria .v. de oct. Ascencionis. Secunde vespere, A capitulo, erunt de S. Barnaba apostolo, cum memoria de oct. Non dicitur R. ad .i. vesperas S. Barnabe.

[1] St. Petroc, confessor, Jun. 4, fer. vi. ; S. Bonifacius, martyr, Jun. 5, in Sabbato.

[2] There are fuller rules for St. William under *A*. i. after Corpus Christi.

¶ Feria .vi. de S. Barnaba apostolo : memoria de Ascensione, cum antiphone† et oracione dominicali. Vespere dicuntur alleluiatice, cum psalmis de Apostolis. Vespere de domina non dicuntur in choro.[1]

¶ Sabbato, de vigilia Pentecostes : memoria de martiribus [SS. Basilide, Cirino, Nabore, et Nazario].

Jun. 13.] ¶ Festum Pentecostes, Idibus Junii.

¶ Feria .ii. .iii. et .iiii. festa principalia : nulla memoria.

¶ Feria .v. .vi. et Sabbato quasi ix. lec. nulla memoria.

Jun. 20.] ¶ Festum S. Trinitatis .xii. Kal. Julii.

¶ Feria .ii. de dominica .i. *Deus omnium* . memoria de S. Lenfrido†.

¶ Feria .iii. de S. Albano martire.

¶ Feria quarta de S. Etheldreda, cum Nocturno. Vigilia [Natiuitatis S. Johannis baptiste].

¶ Feria .v. de festo Corporis Christi : et differatur festum [S. Jo. Bapt.]. Ad vesperas, tantum memoria de S. Johanne baptista.

¶ Feria .vi. de festo Natiuitatis Johannis baptiste : tantum memoria de Corpore Christi. Ad .ii. vesperas S. Johannis, antiphone et psalmi de Corpore Christi, cum memoria de eodem. Prefacio *Quia per incarnationem* dicitur cotidie infra octauas.[2]

¶ Sabbato, de Corpore Christi : memoria de martiribus [SS. Johanne et Paulo], et de S. Johanne [baptista].

Jun. 27.] ¶ Dominica infra oct. Corporis Christi, sine mediis leccionibus : memoria de S. Johanne baptista tantum.

¶ Feria .ii. de Corpore Christi : memoria de S. Leone papa, et de S. Johanne. Ad vtrasque vesperas apostolorum [Petri et Pauli] dicuntur antiphone et psalmi de Corpore Christi, cum memoria de eodem tantum. Vigilia [apostolorum].

¶ Feria .iii. de festo apostolorum Petri et Pauli.

¶ Feria quarta, de commemoracione S. Pauli : memoria de Corpore Christi, et de S. Petro, et de S. Johanne [baptista] et cetera vt patet ad festum S. Pauli in prima littera dominicali *A*.[3]

[1] On this Friday, under section *A*. i., 'chorus regatur a duobus in capis albis.'

[2] Feria .iii. (infra oct. S. Johannis), de domina .iii. legenda : ad vesperas, hec sola Ant. *Elizabeth*, cum psalmis ferialibus ; et regitur chorus a duobus in capis viridis [coloris] in hiis vesperis. Capitulum, etc. de S. Leone et memoria de S. Johenne†. Feria quarta, de S. Leone papa, cum nocturno : nulla fiet memoria de S. Joh. in .i. vesperis, nec ad matutinas : non dicuntur suffragia, neque Ps. *Deus, venerunt gentes*, ad missam, propter octauas : *A*. i.

[3] de commemoracione S. Pauli : memoria de S. Petro ; Ant. *Solue*. Versic. *Tu es Petrus*. Memoria de S. Johanne : Ant. *Inter natos*. Versic. *Fuit homo*. Oracio, vt supra. Hec antiphone sequentes dicuntur ad vesperas et ad matutinas super psal.

¶ Julius.

p. Q vi.] ¶ Feria .v. de oct. Corporis Christi: medie lectiones de S. Johanne baptista: memoria de eodem, et de apostolis [Petro et Paulo]. Secunde vespere A capitulo erunt de S. Swithuno, cum memoria de oct. Corporis Christi, et de apostolis: tunc vlterius non dicitur *Gloria tibi, Domine,* nec *Alleluia* post versic. Vespere de domina non dicuntur in choro.

¶ Feria .vi. de S. Swithuno: medie lectiones de apostolis, cum memoria de eodem, et de martiribus [SS. Processo et Martiniano]. Ad .ii. vesperas, antiphone de laudibus festi precedentis, cum psalmis ferialibus.

¶ Sabbato, de Apostolis. Resp. de .ii. turba.[1] Ad vesperas, de Dedicacione; et cetera omnia sicut patet in .i. littera *C.* per octauas.[2]

Benedictus et *Magnificat,* quando de apostolis fit seruicium, cum repeticione earundem :—

Ant. *Petrus apostolus;* Ant. *Orate;* Ant. *Gloriosi;* Ant. *Isti sunt due;* Ant. *Isti sunt viri;* Ant. *Ad superne.* Versiculus ad matutinas, *Dedisti;* ad vesperas, *In omnem terram,* et quando de eis tantum fit memoria. Cotidie infra oct. apostolorum [Petri et Pauli], quando de eis fit seruicium, preter quam in dominica, dicitur hoc modo:

Inuitatorium, *Regem apostolorum;* Ps. *Venite.* Hymnus, *Eterna Christi munera:* hec sola antiphona, *In omnem terram;* Ps. *Celi enarrant,* et ceteri psalmi de communi apostolorum. Versiculus, *Constitues eos.* Lectiones de sermonibus. Responsoria de communi apostolorum, de .i. .ii. et .iii. turba[1] ordinatim iterata. Resp. *Qui sunt isti* .vi. loco dicitur, et tunc Resp. *Isti viuentes* dicitur vii. loco. Resp. *Cines† apostolorum* in octaua die tantum dicitur. Ps. *Te Deum.* Versic. *Annunciauerunt.*

In laudibus, hec sola Ant., hoc est, *Percepturus.* Ps. *Dominus regnauit,* et ceteri psalmi. Capitulum, *Per manus.* Hymnus, *Exultent celi.* V. *Dedisti.* Super psalmum *Benedictus,* vna antiphona de predictis, secundum ordinem. Oracio, *Deus, qui nos.* (Ex *A* primo; *fo.* A iiii.)

[1] The term '*turba*' is frequently used in the sense of a *set* of responds, etc., in the York Breviary (ed. 1880–83), i. 694, 699; ii. 27, 37, 50, 55, 69, 76, 82, 371, 487, 488, 544.

[2] iii. Resp. *Qui sunt isti.* Ad missam, vt supra in principio libri [*see above,* p. 579 *n.*, and cf. *York Missal,* ii. pp. 61–2], primo die, ad vesperas, omnia de Dedicacione, cum memoria de apostolis [Petro et Paulo].

1st S. in July.] ¶ Dominica, de festo Dedicacionis ecclesie; et differatur festum S. Martini: memoria de apostolis [Petro et Paulo]. Ad .ii. vesperas, omnia de Dedicacione, cum memoria de S. Martino, et de Apostolis.

¶ Feria .ii. de S. Martino: medie lecciones de apostolis [Petro et Paulo], cum memoria de eis. Ad .ii. vesperas, antiphone de laudibus festi precedentis, cum psalmis ferialibus. Capitulum et cetera de oct. apostolorum [Petri et Pauli], cum memoria de S. Martino.

¶ Feria .iii. de oct. apostolorum [Petri et Pauli]: medie lecciones de Dedicacione cum memoria de eadem. Ad .ii. vesperas, Ant. *Jurauit,* et cetere antiphone cum psalmis de apostolis. Capitulum et cetera de S. Thoma martire, cum memoria de apostolis: [et] de Dedicacione.

¶ Feria .iiii. de S. Thoma [archiepiscopo martire]: medie lecciones de Dedicacione, cum memoria de eadem. Ad vesperas, antiphona de laudibus festi precedentis, cum psalmis ferialibus. Capitulum et cetera de S. Thoma; cum memoria de Dedicacione, et de S. Grimbaldo.

¶ Feria .v. de Dedicacione: memoria de S. Grimbaldo. Ad .ii. vesperas,

Jul. 4.] ◖ Dominica, de octa. Dedicacionis.

◖ Feria .ii. de dominica .ii.

Jul. 11.] ◖ Dominica, de octa. Dedicacionis.

◖ Feria .ii. de dominica .ii.

◖ Feria .iii. de dominica .iii.

◖ Feria quarta, de dominica .iiii.

◖ Feria .v. de apostolis, vel loci.

◖ Feria .vi. de S. Willelmo.

◖ Sabbato, de domina. Ad vesperas, R. *Deum time.* In euangelio Ant. *Loquere Domine.*

Jul. 18.] ◖ Dominica .v.[1] lectio, *Fuit vir vnus.* R. *Planxit*, et *Tactus* [*Dauid*], dicuntur.

◖ Feria .ii. de dominica .vi. Respons. ferial.

◖ Feria .iii. de S. Margareta.

◖ Feria quarta, de dominica .vii.; memoria de virgine [S. Praxede].

◖ Feria .v. de S. Maria Magdalena: memoria de sancto [Wandragesilo abbate].

◖ Feria .vi. de domina: memoria de martire [S. Apollinare episcopo].

◖ Sabbato, de S. Christina, cum nocturno. Vigilia [S. Jacobi].

Jul. 25.] ◖ Dominica, de S. Jacobo apostolo: memoria de martire [S. Christophoro].

◖ Feria. ii. de S. Anna. Secunde vespere a capitulo erunt de sancta Martha, cum memoria de S. Anna, et de martiribus [Septem Dormientibus].

◖ Feria .iii. de S. Martha: medie lecciones de martiribus [vii. dormientibus].

◖ Feria quarta, de dominica .viii.; memoria de sancto [Samsone].

◖ Feria quinta, de martiribus [Felice, Simplicis, Faustino et Beatrice].

antiphone et psalmi de Dedicacione. Capitulum et cetera de S. Euerilde, cum memoria de Dedicacione.

◖ Feria .vi. de S. Euerilde: medie lecciones de Dedicacione, cum memoria de eadem. Ad vesperas, antiphone de laudibus festi precedentis, cum psalmis ferialibus. Capitulum et cetera de S. Euerilde, cum memoria de Dedicacione, et de martiribus [Septem fratribus].

◖ Sabbato, de Dedicacione, cum memoria de martiribus [Septem Fratribus]. Ad vesperas, omnia de Dedicacione. (*Ex* primo C.; *fo.* O vi.)

[1] These Sundays at York are reckoned after Pentecost after the Roman fashion, and not after Trinity as at Sarum after the common English custom.

¶ Feria sexta, de domina: memoria de martiribus [Abdon et Sennen].

¶ Sabbato, de sancto Germano.

¶ Augustus.

Aug. 1.] ¶ Dominica, de festo sancti Petri aduincula: memoria de martiribus [SS. Machabeis].

¶ Feria .ii. de S. Stephano papa, cum regimine chori. Ad vesperas, Ant. *Petrus et Johennes*†, et cetere antiphone, cum psalmis de apostolis. Capitulum et cetera de sancto Stephano, sociisque eius martiribus. Memoria de apostolis. [p. Q vi.] Et dicatur cotidie vna de quatuor istis antiphonis super psalmos *Magnificat* et *Benedictus*, quando de eo fit seruicium; vel ad memoriam:—*Petrus ad se reuersus; Domine, si tu es; Cum vidisset; Solue, iubente;* secundum ordinem iteratis.

¶ Feria .iii. de Inuencione S. Stephani sociorumque eius martirum: memoria de S. Petro. Ad .ii. vesperas, antiphone de laudibus festi precedentis, cum psalmis ferialibus: memoria de domina, et de S. Petro.

¶ Feria .iiii. de domina: memoria de S. Petro. Ad vesperas Ant. *Petrus et Johannes*, cum psalmis de apostolis. Capitulum et cetera de S. Oswaldo, cum memoria de S. Petro.

¶ Feria .v. de S. Oswaldo, sine mediis leccionibus: memoria de S. Petro. Ad vesperas, omnia de Transfiguracione, cum memoria de S. Oswaldo: de S. Petro, et de martiribus [Sixto, Felicissimo et Agapito].

¶ Feria .vi. de Transfiguracione: memoria de S. Petro, et de martiribus [Sixto papa, etc.]. Ad vesperas, omnia de festo Nominis Jhesu, cum memoria de Transfiguracione, de S. Petro, et de S. Donato.

Et vbi non dicitur de Transfiguracione, dicatur hoc modo:— ¶ Feria .v. de S. Oswaldo, vt patet supra: antiphone de laudibus festi precedentis, cum psalmis ferialibus: memoria de martiribus [SS. Sixto papa, etc.], et de S. Petro. ¶ Feria .vi. de martiribus [Sixto, Felicissimo et Agapito], cum regimine chori: memoria de S. Petro. Ad vesperas, omnia de festo Nominis Jhesu, cum memoria de S. Petro, et de S. Donato, vt patet supra.

¶ Sabbato, de festo Nominis Jhesu, cum memoria de S. Petro, et de S. Donato. Ad vesperas, antiphone de laudibus festi precedentis, cum psalmis de primis vesperis: memoria de S. Petro, et de martiribus [SS. Cyriaco et sociis eius].

Aug. 8.] ◖ Dominica, de octauo die S. Petri Aduincula : medie lecciones de martiribus [Cyriaco, etc.], in matrice ecclesie†, et in omnibus ecclesiis in nomine eius dedicatis, cum memoria de martiribus [Cyriaco, etc.]. Set in ecclesiis aliis, non in eius nomine dedicatis, dicitur de dominica .ix., cum hystoria *In principio :* cum memoria de octa. ad primas vesperas, matutinas, et secundas vesperas, cum memoria de S. Romano, cum Ant. *Dixit Romanus.*

◖ Feria .ii. de S. Romano, cum Nocturno.

◖ Feria .iii. de S. Laurentio. Quere plus de S. Laurentio in quinta littera dominicali *A.*[1]

◖ Feria quarta, de dominica nona, in matrice ecclesia, cum hystoria *In principio,* et in omnibus ecclesiis in nomine sancti Petri dedicatis. Set in aliis ecclesiis, de [p. R i.] sancto Tiburcio martire.

◖ Feria .v. de domina : memoria de S. Laurentio.

◖ Feria .vi. de S. Ypolito cum sociis suis martiribus. Responsoria et laudes proprie.

◖ Sabbato, de S. Eusebio, cum Nocturno. Vigilia [Assumptionis B. Marie]: nulla memoria de S. Laurentio in primis vesperis Assumptionis beate Marie, nec in die.

Aug. 15.] ◖ Dominica, de festo Assumptionis beate Marie.

◖ Ferie .ii. .iii. quarta .v. .vi. et Sabbato, de domina : memorie de festis .iii. leccionum et cetera in isto sabbato, sicut patent in littera *C.* precedente.[2]

Aug. 22.] ◖ Dominica, de oct. Assumptionis : iii. R. *O decus :* medie lecciones de martiribus [Tymotheo et Simphoriano].

◖ Feria .ii. de feria ; lecciones ad matutinas patent in littera *C.* precedente, et cetera[3] ; missa de vigilia [S. Bartholomei].

[1] Cotidie per oct. nisi in die Assumptionis, fiet memoria de S. Laurentio, cum antiphonis de laudibus suis ordinatim iteratis : que si non dicentur super psalmos ad vesperas, sed si de [eo] aliquo die fiat seruicium, dicuntur in vesperis antiphone et psalmi feriales. Capitulum *Qui parce,* Hymnus, *Martir Dei ;* V. *Dispersit ;* et super Psalmum *Benedictus* et *Magnificat,* ii. antiphone de .i. nocturno, et .iii., et sic deinceps, si opus fuerit. Et in laudibus, post hymnum, versiculus *Justus vt palma.* in memoria vere† tam ad vesperas, quam ad matutinas, versiculus *Dispersit, dedit pauperibus.*

[2] (Memoria in feria .ii. de oct. S. Laurentii.
,, ,, feria .iii. de S. Agapito martire.
,, ,, feria quarta, de S. Magno martire.)
'Notandum quod in isto sabbato sumentur lecciones de dominica infra ; quia omnes lecciones sunt de eodem sermone S. Jeronimi.' (Ex *C.* primo ; *fo.* P i.)

[3] Missa de vigilia. Lecciones ad matutinas de historia *In principio.* iii. proprie lecciones R. *Da michi, Domine.* In aliis vero ecclesiis vbi historia *In principio* incepta fuerit in oct. S. Petri, dicuntur lecciones de dominica, cum R. *Gyrum celi.* (Ex *C.* primo : p. P i.)

❡ Feria .iii. de S. Bartholomeo: memoria de confessore [S. Audoeno episcopo].

❡ Feria quarta, de dominica .x., et cetera sicut in *C.* precedente,[1] memoria de S. Hilda.

❡ Feria .v. de S. Willelmo, vel de festo loci.

❡ Feria .vi. de S. Rupho martire.

❡ Sabbato, de S. Augustino: memoria de martire [S. Hermete].

Aug. 29.] ❡ Dominica, de festo Decollacionis S. Johannis [baptiste].

❡ Feria .ii. de dominica .xi.; memoria de martiribus [SS. Felice et Adaucto].

[❡] Feria .iii. de dominica .xii.; memoria de confessore [S. Aidano episcopo].

❡ September.

❡ Feria quarta, de S. Egidio abbate: memoria de martire [S. Prisco].

❡ Feria .v. de apostolis, vel festo loci.

❡ Feria .vi. de domina.

❡ Sabbato, de S. Cuthberto: medie leccionis de S. Birino .ix. R. *Sint lumbi:* vespere erunt de hystoria, cum memoria de S. Cuthberto, et de S. Bartino† abbate.

Sept. 5.] ❡ Dominica .xiii. *Si bona:* memoria de S. Bartino.

❡ Feria .ii. de dominica .xiiii.

❡ Feria .iii. de S. Eurcō,[2] cum nocturno. Vigilia [Nat. B. Marie], et fiat memoria in .i. vesperis et in die [de] Natiuitate beate Marie: de martire [S. Adriano].

❡ Feria quarta, de Natiuitate B. Marię: memoria de martire [S. Adriano].

❡ Feriis .v. .vi. et sabbato, de domina: memoria de sanctis [Gorgonio martire in .v. feria; et Protho atque Jacinto martiribus, in sabbato].

Sept. 12.] ❡ Dominica, infra oct. Natiuitatis beate Marie.

[1] memoria de sanctis (?): R. *Inicium sapiencie:* sed in aliis locis, *Domine pater.* (Ex *C.* primo; p. P i^b.) These responds are the 7th and the 4th for *Dom. i. Augusti*, in *Brev. Ebor.* i. pp. 578, 577.

[2] 'S. Evurcii' *Brev. Ebor.* 1493; 'Euurci' *Brev. Ebor.* 1526.

¶ Feria .ii. de domina: memoria de confessore [Maurilio episcopo]. Ad .i. vesperas S. Crucis, Ant. *Natiuitas*, et cetera, antiphone cum psalmis de domina; capitulum et cetera de Cruce, cum memoria de martiribus [SS. Cornelio et Cypriano], et postea de domina: et dicuntur versiculi cum *Alleluia*. Ad completorium, Ant. *Miserere*. Ps. *Cum inuocarem*.

¶ Feria .iii. de Exaltacione sancte Crucis: medie lecciones de martiribus [SS. Cornelio et Cypriano]; ad .ii. vesperas, antiphone de laudibus festi precedentis, cum psalmis [p. R i^{b}.] dominicalibus. Capitulum[1] et cetera vespere erunt de Natiuitate, cum memoria de Cruce, et de martire [S. Nichomede]; et dicuntur versiculi sine *Alleluia*. Ad completorium, Ant. *Cum iocunditate* .iiii^{or}. temporum.

¶ Feria quarta de octa. Natiuitatis B. Marie. S*ine* medie† lec.; memoria de martire [S. Nichomede].[1]

¶ Feria .v. de martiribus [SS. Eufemia, Lucia, et Geminiano]. R. de .ii. turba.

¶ Feria .vi. de feria: memoria de S. Lamberto.

¶ Sabbato, de feria. Ad vesperas dicitur R. *Omni tempore*.

Sept. 19.] ¶ Dominica .xv. *Peto, Domine*.

¶ Feria .ii. de feria cum nocturno. Missa de vigilia [S. Mathei].

¶ Feria .iii. de S. Matheo apostolo et euangelista.

¶ Feria quarta, de S. Mauricio sociisque eius martiribus: laudes proprie.

¶ Feria .v. de S. Tecla virgine; vel de festo loci.

¶ Feria .vi. de S. Willelmo.[2]

¶ Sabbato, de domina: memoria de S. Firmino: ad vesperas non dicitur Responsorium.

Sept. 26.] ¶ Dominica .xvi. *Adonay*: memoria tantum de martiribus [SS. Cypriano et Justina].

¶ Feria .ii. de martiribus Cosma et Damiano.

¶ Feria .iii. de dominica .xvii. Responsorium, *Tribulaciones*.

¶ Feria quarta, de S. Michaele archangelo. Sinodus.

¶ Feria .v. de S. Jeronimo doctore.

[1] Feria quarta, de feria quatuor temporum: .i. missa de vigilia [S. Mathei]: magna missa de quatuor temporum†, ad magnum altare: *A*. v.
[2] *i.e.* the weekly commemoration of St. William.

¶ October.

¶ Feria .vi. de domina: memoria de confessoribus [SS. Germano, Remigio, Vedasto, Bauone et Piatonum], cum versiculo *Sacerdotes*, tam ad vesperas, quam ad matutinas.

¶ Sabbato, de S. Thoma Herfordiensi: medie lecciones de martire [S. Leodegario episcopo]. Vespere in sabbato erunt de dominica, cum antiphonis et psalmis ad diem pertinentibus: memoria de S. Thoma.

Oct. 3.] ¶ Dominica .xviii. *Adaperiat.*

¶ Feria .ii. de S. Francisco.

¶ Feria .iii. de domina.

¶ Feria quarta, de S. Fide virgine et martire.

¶ Feria .v. de S. Marco papa: memoria tantum de martiribus [SS. Marcello et Apuleio]. Responsoria de .ii. turba.

¶ Feria .vi. de S. Pelagia matrona.

¶ Sabbato, de S. Dionisio cum sociis martiribus.

Oct. 10.] ¶ Dominica, de S. Paulino archiepiscopo: memoria de martiribus [SS. Gereone et sociis].

¶ Feria .ii. de martiribus [S. Nichasio cum sociis].

¶ Feria .iii. de S. Wilfrido [archiepiscopo Ebor.].

¶ Feria quarta, de Translacione S. Edwardi.

¶ Feria .v. de S. Kalixto papa et martire.

¶ Feria .vi. de S. Wlfranno.

¶ Sabbato, de domina. Ad vesperas, antiphona dominicalis, *Adaperiat.*

Oct. 17.] ¶ Dominica .xix. vespere erunt de S. Luca.

¶ Feria .ii. de S. Luca euangelista: memoria de martire [S. Justo].

¶ Feria .iii. de festo Reliquiarum.

¶ Feria quarta, de S. Austreberta.

¶ Feria .v. de festo .xi. milia virginum: medie lecciones de S. Hillarione.

¶ Feria .vi. de S. Willelmo; vel de festo loci.

[p. R ii.] ¶ Sabbato, de domina: memoria de S. Romano episcopo. Ad vesperas in euangelio[1] antiphona vltima.

[1] *i.e.* the Gospel canticle *Magnificat.*

Oct. 24.] ℂ Dominica .xx. vespere erunt de S. Johanne [Beuerlacensi, episcopo].

ℂ Feria .ii. de Translacione S. Johannis Beuerlacensis: memoria de martiribus [SS. Crispino atque Crispiniano].

ℂ Feria .iii. de dominica .xxi.

ℂ Feria quarta, de feria: lecciones de Septem Fratribus, cum matre. Tercium R. *O constantia martirum.* Vigilia [apostolorum SS. Symonis et Jude].

ℂ Feria .v. de [festo] apo*stolorum* Symonis et Jude.

ℂ Feria .vi. de S. Willelmo; vel de festo loci.

ℂ Sabbato, de domina: memoria de S. Germano.[1]

Oct. 31.] ℂ Dominica .xxii. *Vidi Dominum:* memoria de martire [S. Quintino]. Vespere erunt de Omnibus Sanctis, et nulla memoria de dominica. Vigilia [Omnium Sanctorum].

ℂ Nouember.

ℂ Feria .ii. [de] festo Omnium Sanctorum.

ℂ Feria .iii. de Commemoracione Animarum.

ℂ Feria quarta, de martiribus Eustachio, sociisque eius.

ℂ Feria .v. de apostolis[2]; vel loci.

ℂ Feria .vi. de domina.

ℂ Sabbato, de S. Leonardo. Vespere in sabbato, a capitulo erunt de dominica, cum memoria de S. Leonardo, et de confessore [S. Willebrordo].

Nov. 7.] ℂ Dominica .xxiii. medie lecciones de S. Willebrordo.

ℂ Feria .ii. de martiribus .iiii. Coronatis.

ℂ Feria .iii. de S. Theodoro martire.

ℂ Feria .iiii. de S. Martino papa. R. de .ii. turba.

ℂ Feria .v. de S. Martino episcopo: memoria de martire [S. Menna], et cetera vt in .v. littera *A*.[3]

[1] *i.e.* de S. Germano Capuano.

[2] *i.e.* the weekly commemoration of the apostles St. Peter and St. Paul.

[3] In vesperis festorum .iii. leccionum infra octauas S. Martini, dicentur antiphone et psalmi feriales: et si de S. Martino cantentur; et quando vespere infra octauas fient de eo, dicentur cum capitulo et hymno de laudibus: diebus autem in quibus dicetur de eius octa. erit .i. Ant. de .i. turba de historia super psalmos ad matutinas, et .i. antiphona de laudibus super laudes, et cetere antiphone ad horas. Super psalmum *Benedictus*, et *Magnificat*, antiphone Nocturnales, Incipiendo ad .ii. antiphonam de prima turba, dictis antiphonis *post* (? *prius*) [p. D i.] que superfient historiis istius sancti, siue dicatur de eo, siue non. Ita tamen quod de dominica ad matutinas dicatur memoria cum Ant. *Media nocte dominica*. Ita Junctis de die proprium ab vno dictum *tantum* . ita infra oct. S. Martini quando dicitur seruicium de eo, dicitur ad vesperas versiculus *Amauit*, et ad matutinas, *Justus germinabit*.

In omnibus vero memoriis, tam ad vesperas, quam ad matutinas, dicitur versiculus

❡ Feria .vi. de domina.

❡ Sabbato, de S. Bricio episcopo. R. de .i. turba, et laudes proprie.

Nov. 14.] ❡ Dominica .xxiiii. lecciones de pastoribus[1]: medie lecciones de S. Martino, et memoria de eodem, cum Ant. *Media nocte. Ora pro nobis beate* [*Martine*].

❡ Feria .ii. de S. Machuto.

❡ Feria .iii. de S. Edmundo archiepiscopo.

❡ Feria quarta, de S. Aniano episcopo: vespere erunt de octauis S. Martini, cum antiphonis et psalmis ferialibus. Capitulum, *Ecce.* Hymnus, *Iste confessor.*

❡ Feria .v. de octaua S. Martini.

❡ Feria .vi. de domina.

❡ Sabbato, de S. Edmundo rege et martire.[2] Vespere in sabbato a capitulo erunt de dominica: antiphona dominicalis. *Libera nos;* cum memoria de S. Edmundo.

Nov. 21.] ❡ Dominica .xxv. lecciones de ossibus.[3]

❡ Feria .ii. de S. Cecilia.

❡ Feria .iii. de S. Clemente; memoria de S. Felicitate.

❡ Feria .iiii. de S. Grisogono martire.

❡ Feria .v. de S. Katherina, sine expositione, nisi fuerit duplex.

❡ Feria .vi. de S. Lino papa: R. de .ii. turba.

❡ Sabbato, de domina.

Nov. 28.] ❡ Dominica .i. Aduentus, ad vesperas .i., memoria de S. Saturnino.

❡ Feria .ii. de S. Saturnino, cum nocturno. Vigilia [S. Andree apostoli].

[p. R ii^{b}.] ❡ Feria .iii. de S. Andrea apostolo. Ad vesperas .i. memoria de martiribus [SS. Crisanto et Daria].

Ora pro nobis: et quando cantatur Ant. *Ora pro nobis*, tunc dicitur versiculus *Justum deduxit;* non dicitur de S. Willelmo, neque de apostolis; sed de domina tantum; dicuntur memorie consuete, et vespere de domina in choro.

Et quando fiet seruicium de S. Martino, infra oct., non dicitur psalmus *Te Deum*, neque in octa. hee antiphone sequentes dicuntur primo infra oct. super Ps. *Benedictus* et *Magnificat.* Ant. *Martinus;* Ant. *Ora pro nobis;* Ant. *Imposita;* et cetere antiphone de prima turba, incipiendo ad .ii. antiphonam.

Vespere in sabbato, A capitulo erunt de dominica, cum Ant. *Qui celorum*, super psalmum *Magnificat*, cum memoria de S. Martino. (Ex *A.* quinto; pp. Cvi^{b}, D i.)

[1] *Ezech.* cap. 34; *Brev. Ebor.* (Surtees Soc. 1880) i. 615.

[2] 'confes.' in the printed copies: corrected in MS.

[3] Lec. de ossibus. *Ezech.* c. 37; *Brev. Ebor.* i. 617.

¶ December.

¶ Feria quarta, de martiribus [SS. Crisanto et Daria] .i. memoria de Aduentu; .ii. de domina; .iii. de S. Andrea, et quarta de omnibus sanctis.

¶ Feria .v. de S. Andrea; tercium R. *Orauit.*

¶ Feria .vi. de feria: epistola et euangelium .vi. ferie.

¶ Sabbato, de domina.

Dec. 5.] ¶ Dominica .ii. Aduentus Domini.

¶ Feria .ii. de S. Nicholao episcopo, sine expositione, nisi festum eius fuerit duplex.

¶ Feria .iii. de oct. S. Andree: .iii. R. *Vir iste:* memoria de Aduentu, de domina, et de omnibus sanctis.

¶ Feria quarta, de festo Concepcionis beate Marie: memoria de Aduentu.

¶ Feria .v. de feria; epistola et euangelium quarte ferie.

¶ Feria .vi. de feria.

¶ Sabbato, de domina.

Dec. 12.] ¶ Dominica .iii. Aduentus Domini.

¶ Feria .ii. de S. Lucia virgine: ad vesperas, memoria de Aduentu, cum Ant. *Veniet.*

¶ Feriis .iii. et quarta,[1] de feriis Quatuor temporum, cum expositione: memoria de domina, et de omnibus sanctis.

¶ Feria .v. de feria. *O sapientia.*[2]

¶ Feria .vi. et sabbato, de feriis.

Dec. 19.] ¶ Dominica, quarta Aduentus Domini.

¶ Feria .ii. de feria. Ant. ad *Benedictus, Consurge, consurge.* Missa de vigilia [S. Thome apostoli].[3]

¶ Feria .iii. de S. Thoma apostolo: memoria de Aduentu.

¶ Feria quarta, de feria: epistola et euangelium .vi. ferie.

¶ Feria .v. de domina.

¶ Feria .vi. de vigilia [Natiuitatis Domini].

¶ Sabbato, de festo Natiuitatis Domini nostri Ihesu Christi.

[1] Feria quarta, de feria, cum expositione; et dicuntur memorie de domina et de omnibus sanctis. Prima missa de vigilia [S. Thome apostoli] dicitur. Magna missa de quattuor temporum†. *A.* v.

[2] Sabbato, de domina. *O sapientia:* memorie non dicuntur: tamen post vesperas de die dicuntur vespere de domina in choro: *A.* v.

[3] *The printed copy adds:* epistola et euangelium quarte ferie, *which is struck out with ink.*

Dec. 26.] ¶ Dominica, de S. Stephano martire.

¶ Feria .ii. de sancto Johanne apostolo et euangelista.

¶ Feria .iii. de sanctis Innocentibus.

¶ Feria quarta, de S. Thoma martire.

